


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
35 H
29
ROMA



FASCICVLVS SACRARVM ORATIONVM ET LITANIARVM, AD VSVM QVOTIDIANVM


Christiani hominis, ex sanctis Scripturis & Patribus collectus.

Assistentię Gallię Soc. Iesu ad vsũ Poenit. gallorũ




MONACHII,

ANNO M. DC. VII.



SERENISSIMÆ DOMINÆ MARIÆ ARCHIDVCISSÆ AVSTRIÆ,

vtriusq; Bauariæ Ducissæ Viduæ, Dominæ Sorori obseruandissimæ.



Amus tibi, & consecramus iterum, Soror mihi semper charissima, hunc sacrarum Orationum & Litaniarũ fasciculum, iam ab ipsa sacræ Inquisitionis Congregatione Romana correctum & approbatum. Hoc

*igitur pro tua in Deum, Dei-
param Virginem, ac Sanctos
omnes, pietate, deinceps vtere
securiùs, quoties & quomodo-
cunque placuerit. Equidem pa-
raueram hunc religiosum the-
saurum, optimæ & amantissi-
mæ coniugi meæ; Verum, quia
illa ex hac mortali vita in cæle-
stem Beatorum sedem transla-
ta, quod supplicibus votis, pre-
cibusq; ex ardentissimo pectore
fusis desiderabat, in omne æuum
(vt nobis pollicemur) possidet;
vbi non è longinquo Diuorum
suffragia & auxilia implorat,*


sed

ſed ſimul cum illis coram Agno, pro mundi ſalute occiſo, ſine fine Deo laudes decantat: Tibi, tuiſq; liberis Sereniſsimis hoc denuò munuſculum, pignus perpetuæ beneuolentiæ, & teſtem fraternæ propenſionis, offero. Quod munuſculum tibi duplici nomine gratum fore nõ dubito, tùm ob ſingularem illum amorem, quo pientiſsimam coniugem meam proſequi ſemper conſuêſti, tùm ob paria pietatis & religionis ſtudia, quibus te non minus delectari, mihi, imò toti orbi ſatis iam pridẽ compertum

est. Vale charissima Domina Soror, & pro me Deum Cælitesq́; omnes, vt facis, assiduè precari ne desistas. Monachij, Calendis Iulij, Anno Domini M. DC. VII.

Tui amantiss. Frater

Guilielmus Bauariæ Dux.



EXERCITIVM QVOTIDIANVM.

CVM MANE SVRGIS MVNIENS TE SIGNO SANCTÆ Crucis, dic:

IN nomine Patris †, & Filij †, & Spiritus ſancti †, Amen.

Deinde iunctis manibus ante pectus dic:

BEnedicta ſit ſancta & indiuidua Trinitas, nunc, & ſemper, & per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

PAter noſter, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra: Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittim⁹ debitoribus noſtris: Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos à malo, Amen.

AVe Maria, gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui IESVS CHRISTVS. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis noſtræ, Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorẽ cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, nat⁹ ex Maria Virgine: Paſſus ſub Pontio Pilato, cruci-

fixus

fixus, mortuus, & sepultus: Descendit ad inferos: Tertia die resurrexit à mortuis: Ascendit ad cœlos: Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum: Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorũ communionem: Remissionẽ peccatorum: Carnis resurrectionem: Et vitam æternam, Amen.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioañi Baptistæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo, beato N. & omnib⁹ Sanctis: Quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatã Mariã semper Virginem, beatum Michaelẽ Archangelum, beatum Ioannẽ Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, bea-

tum N. & omnes Sanctos, orare pro me ad Dñm Deum noſtrum.

MIſereatur noſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis noſtris, perducat nos ad vitam æternam, Amen.

INdulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorũ noſtrorum, tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus, Amen.

Dignare Dñe die iſto ſine peccato nos cuſtodire.. Miſerere noſtri Dñe, miſerere noſtri. Fiat miſericordia tua Dñe ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Dñe exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DOmine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire feciſti, tua nos ho-

die

die ſalua virtute, vt in hac die ad nullum declinemus peccatũ, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam, noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Chriſtum Dominũ noſtrum, Amen.

DIrigere & ſanctificare, regere & gubernare dignare Dñe Deus Rex cœli & terrę, hodie corda & corpora noſtra, ſenſus, ſermones & act⁹ noſtros, in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum: vt hîc, & in æternũ, te auxiliante, ſalui & liberi eſſe mereamur, Saluator mundi. Qui viuis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen.

DOminus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam. Et fideliũ animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

ANgele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate superna, hodie illumina, custodi, rege & guberna, Amen.

CVM MANE, MERIDIE, ET VESPERI SALVTAtionis Angelicæ signum datur.

ANgelus Domini nunciauit Mariȩ, & concepit de Spiritu sancto. Aue Maria.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi

secun-

ſecundùm verbũ tuum. Aue Ma.

Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Aue Maria.

OREMVS.

GRatiam tuã, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde, vt qui Angelo nunciante, Chriſti Filij tui incarnationẽ cognouimus, per paſſionem eius & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum Dñm noſtrum, Amen.

AD ASPERSIONEM AQVAE BENEDICTAE.

ASperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis

me, & ſuper niuem dealbabor.

IN PRINCIPIO ORATIONIS, VEL ALTERIVS operis.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum noſtrum, Amen.

IN FINE OPERIS VEL ORATIONIS,

SVſcipe, clementiſſime Deus, precibus & meritis beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum & Sanctarũ, officium

ſerui-

ſeruitutis noſtræ: & ſi quid dignũ laude egimus, propitius reſpice: & quod negligenter actum eſt, clementer ignoſce. Qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

AD SACROSANCTVM MISSÆ OFFICIVM DEuotè audiendum.

ORATIO ANTE MISSAM.

CLementiſſime Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui non ſemel tantùm Filium tuum vnigenitum in

cruce noſtræ reparationi impendiſti, ſed eius oblationem tibi acceptiſſimam, in Eccleſia tua quotidie renouari, ad eius fructum in nobis renouandum, voluiſti: tribue nobis, quæſumus, tam admirando huic, & tam ſalutari tuæ pietatis myſterio ſic attentè, reuerenter, & amãter intereſſe, vt eius participationem quàm efficaciſſimè cõſequi valeamus. Per eundẽ Chriſtum Dñm noſtrum, Amen.

AD INITIVM MISSAE.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo erue me.

Quia tu es fortitudo mea: quare me repuliſti, & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cythara Deus, Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

Introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini: qui fecit cœlum & terram.

COnfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioañi Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, beato N. & omnibus Sanctis: Quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper Virginem, beatum Michaelem Archangelũ, beatum Ioannem Baptiſtam, ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, beatum N. & omnes Sanctos, orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.

MIſereatur noſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis noſtris, perducat nos ad vitam æternã, Amen.

INdulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorũ noſtrorum, tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus, Amen.

Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

AVfer à nobis, quęſumus Domine, cunctas iniquitates noſtras: vt ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.



AD JNTROITVM S. TRINITATIS CONfeßio.

TE Patrem ingenitum. Te Filium vnigenitum. Te Spiritum ſanctum paracletum: Sanctam & indiuiduam Trinitatem toto corde & ore cõfitemur, laudamus, atq; benedicimus. Gloria Patri, qui creauit nos. Gloria Filio, qui redemit nos. Gloria Spiritui ſancto, qui ſanctificauit nos. Gloria ſummæ & indiuiduæ Trinitati, Deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen.

KYrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

ſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

GLoria in excelſis Deo; & in terra pax hominibus, bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agim⁹ tibi propter magnā gloriam tuam. Domine Deus, Rex cœleſtis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili vnigenite Ieſu Chriſte. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationē noſtram. Qui ſedes ad dexteram Pa-

tris, miſerere nobis. Quoniam tu ſolus Sanctus, tu ſolus Dn̄s, tu ſolus altiſſimus, Ieſu Chriſte, cum ſancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen.

AD ORATIONES.

A Cunctis nos, quæſumus Domine, mentis & corporis defende periculis; & intercedente beata & glorioſa ſemper Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq́; beato N. & omnibus Sanctis, ſalutem nobis tribue benignus, & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, Eccle-

ſia

ſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

PIetate tua, quæſumus Domine, noſtrorũ ſolue vincula delictorum, & intercedente beata Dei genitrice Maria, cum oĩbus Sanctis, nos famulos tuos, benefactores noſtros, totamq́; Eccleſiam tuam in omni ſanctitate cuſtodi: oẽs conſanguinitate, affinitate, & religione nobis cõiunctos à vitiis purga: virtutibus illuſtra: pacem & ſalutem nobis tribue: hoſtes viſibiles & inuiſibiles remoue: carnalia deſideria repelle: aërem ſalubrem, & fertilitatẽ indulge: amicis & inimicis noſtris

charitatem largire: atq; Prouinciam nostrā, cum omnibus in eo habitantibus, ab omni peste, infideliumq; feritate & potentia illæsam conserua; & omnibus fidelibus viuis atque defunctis, vitam & requiem æternam concede: Et Pontificem nostrum, Episcopos, Imperatorem, Principes, & cunctum populum Christianum ab omni aduersitate custodi, & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominū nostrum Iesum Christum Filium tuū, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

POST EPISTOLAM.

DOmine non ſecundùm peccata noſtra, quæ fecim⁹ nos, neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis.

DOmine ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Dñe Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

JN FINE EVANGELII.

LAus tibi Christe, qui per te & Apostolos tuos, Euangelium orbi prędicare, ac incredulos verę fidei luce illustrare dignatus es.

CRedo in vnum Deum, Patrē omnipotentem, factorē cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christũ, Filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum ante omnia secula. Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialē Patri: Per quē omnia facta sunt. Qui pro-

pter nos homines, & propter nostram ſalutem deſcendit de cœlis; Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine; Et homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Et aſcendit in cœlum; ſedet ad dexteram Patris. Et iterũ venturus eſt cum gloria, iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioq́; procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur: Qui locutus eſt per Prophetas.

phetas. Et vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi, Amen.

AD OFFERTORIVM.

OFfero tibi Dñe Ieſu Chriſte, & cõmendo corpus & animam meam, vitam & finem vitæ meæ. Cõmendo tibi ſanctam Eccleſiã cum Catholicis omnibus, viuis atq; defunctis, vt nobis omnibus tuam gratiam, perfectionem aſſiduam, & vitam æternam dare digneris, Amen.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, & Mariæ Virginis, in memoriam & laudem immensæ charitatis tuæ, qua factum est, vt te nobis totũ in altare crucis impenderis, hoc præsens Missæ Sacrificium, sicut & alia omnia per manus Sacerdotũ toto orbe celebranda hodie Sacrificia, offero tibi, quæ Patri tuo æterno commendes, quemadmodum ipse in cruce moriens, sacrosanctũ corpus & sanguinẽ tuum pro mundi salute obtulisti, & eidem cœlesti Patri ad vtilitatem Ecclesię commendasti. Eiusdem corporis & sanguinis tui oblatio, quæ in my-

ſterio hîc renouatur, ſuum quęſo fructum aſſequatur, vt inde viui gratiã, fideles defuncti requiem, & omnes pro quib⁹ offertur, miſericordiam & vitam cõſequantur æternam, Amen.

Si vacat, dic ter Pater. pro peccatis corde, ore & opere perpetratis.

AD PRÆFATIONEM.

GRatias tibi agimus Domino Deo noſtro. Quia verè dignum & iuſtum eſt, ęquum & ſalutare, nos tibi ſemper & vbique gratias agere, Domine ſancte, Pa-

ter omnipotens, æterne Deus, per ChriſtumDominũ noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates, Cœli cœlorumq́; virtutes, ac beata Seraphim, ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces, vt admitti iubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanct9, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua. Oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Oſanna in excelſis.

TE igitur clementiſſime Pater per Ieſum Chriſtum Filium tuum ſupplices rogamus vti accepta habeas hæc Sacrificia, quæ tibi offeruntur pro Eccleſia tua ſancta Catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, vnà cum famulo tuo Papa noſtro N. Imperatore noſtro N. & Antiſtite noſtro N. & omnibus Catholicæ fidei cultoribus, petimusq́;, vt dies noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Chriſtum Dn̄m noſtrum, Amē.

Bene-

BEnedictus ſis Dñe Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, qui noſtri miſertus de cœlo deſcendiſti, & aſſumptum de Virgine innocens corpus, & pretioſum ſanguinem tuũ in ara Crucis, vera pro peccatis noſtris hoſtia, liberaliter obtuliſti. Laus tibi & gloria, quòd ex eodẽ corpore & ſanguine tuo, non modo panem vitæ, nobis in Sacramento ſumendũ, ſed etiam Sacrificiũ in Altari per Sacerdotes offerendum inſtituiſti, atq; ad mundi finem vſq; celebrandum reliquiſti, vt in Eccleſia tua iuge mundumq; Sacrificium per totum orbem celebrandũ extaret.

Iesu Nazarene, pro nobis crucifixe, propitius esto mihi, & peccatoribus omnibus, eisq; Sacramenti & Sacrificij huius virtutem ad corporis simul & animę profectum, atq; ad omnem prosperitatem, & consolationem fidelium efficaciter prouenire concede, Amen.

Si vacat, dic quinquies Pater, in honorem quinque vulnerũ Christi, vt viuens ac moriens virtutem Paßionis eius abundantem percipias.

AD ELEVATIONEM.

ADoramus te Dñe Iesu Christe, Rex & Pontifex noster,

ac benedicimus tibi, qui per Crucem & cruentam ſacri corporis & ſanguinis tui oblationem, redemiſti mundum, ac nos perditos Deo Patri reconciliaſti.

PEr immenſam bonitatẽ tuam precor, vt me & omnẽ Eccleſiam tuam, huius tuę redemptionis participẽ reddas, tuæq́; mortis, reſurrectionis, & aſcenſionis fructum in nobis renoues ad vitam æternam.

AVe ſalus mundi, æternũ Patris Verbum, hoſtia vera, viua caro, Deitas integra, & vita æterna. Dominus meus, & Deus meus es tu, quem in hoc Altari

cum corpore & ſanguine præſentem ſupplex adoro, & fideliter inuoco, vt te redemptorem in proſperis & aduerſis, in vita & morte, mihi propitium habeã, ac in cœlis regnantem clarè conſpiciam. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen.

ANima Chriſti ſanctifica me. Corp⁹ Chriſti ſalua me. Sanguis Chriſti inebria me. Aqua lateris Chriſti laua me. Paſſio Chriſti conforta me. O bone Ieſu exaudi me, & ne permittas me ſeparari à te. Ab Angelo maligno defende me: in hora mortis meæ

voca

voca me, & iube me venire ad te, vt cum ſanctis Angelis tuis laudẽ te in ſecula ſeculorum, Amen.

PRO QVIBVS IN MISSA SIT ORANdum maximè.

SVmme Pontifex & Redemptor orbis, Ieſu Chriſte, qui teipſum non ſolum in Cruce, ſed etiam in venerabili Sacramento, vnà cũ corpore & ſanguine præſentem nobis exhibes, vt etiam à peccatoribus te contingi, offerri, ac manducari permittas. Miſerere noſtri, qui ſine gratia tua nihil poſſumus, & Eccleſiæ tuæ, toto orbe diſperſæ, ſuccurre, vt per te

pacē habeant Orthodoxi, & contra inimicos vbique Gentium te Duce, defendātur. Paſtores idoneos gregi tuo præfice, & Magiſtratus omnes in officio contine, vt ex voluntate tua Reipub. Chriſtianæ præſint ac proſint. Conuerte Domine ad te miſeros peccatores, in fide & virtutibus aberrantes, vt in viam veritatis & virtutis per tuam gratiā redeant: Infideles illumina, afflictos conſolare: ægros reſtitue: miſeris & pauperib⁹ opitulare. Adhæc tuere noſtros parentes & ſuperiores: cōſerua noſtros propinquos, benefactores & amicos, vt quæ ad

fidem

fidem vitæq́; ſanctitatẽ ſpectant, ſtudiosè cõplectantur & ament. Quæ verò in nobis tibi diſplicẽt, ea clemẽter amoue, & auxilia gratiæ tuæ ad mala vitanda, bonaq́; ſectanda nobis largire, vt voluntati tuæ, noſtræq́; vocationi ſatisfaciamus. Suſcipe hoc ſalutiferũ Sacramentũ, quod tibi offertur, in plenam peccatorũ noſtrorum expiationem: in ſuppletionem vberem negligentiarum noſtrarum, & in peculiarem gratiarum actionem pro tuis in nos collatis beneficiis quibuſcunq;. Nec ſolũ viuis, ſed fidelib⁹ quoq; defunctis veniã & requiẽ dona ſempiternã, Amen.

Hîc poteris dicere Litanias de nomine Jesu, vel de sanctissimo Sacramento.

PRO PACE CONSEQVENDA.

AGnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem temporis, cordis & æternitatis, vt integra nobis sit cum proximis cõiunctio, pace & trãquillitate fruamur conscientiæ, & perfectam in cœlis quietem ac felicitatem consequamur æternam, Amen.

DA pacem Domine in diebus noſtris, quia nõ eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.

℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis.

ORATIO.

DEVS, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: vt & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

DOmine quia non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, & in me velut ſordido ſtabulo habites, dic tantum verbo, & ſanabitur anima mea. Viſita me cum noua benedictione, vt totus renouatus tecum coniunctiſſimè viuam, qui mihi omnia in omnibus eſſe decreuiſti. En tu mihi, & ego tibi vnitus: mane in me ſemper, per gratiam & charitatem tuam, Ieſu dulciſſime, ſpes, fortitudo, & ſalus mea ſempiterna, Amen.

DOmine IESV CHRISTE, Fili Dei viui, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu

ſancto, per mortem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacroſanctum corpus & ſanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, & vniuerſis malis: & fac me tuis ſemper inhærere mandatis, & à te nunquam ſeparari permittas. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

AD VLTIMAS ORATIONES.

DEVS auctor pacis, & amator charitatis, quem noſſe viuere, cui ſeruire regnare eſt,

protege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos, vt qui in defenſione tua confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus, & ab omnibus, quæ nos pulſant, tentationibus liberemur.

MVndet & muniat nos, quæſumus Domine, diuini Sacramenti munus oblatum, & intercedente beata Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus Sanctis, à cunctis nos reddat & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos. Per eundẽ Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ Filium tuum, qui

tecum

tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

PLaceat tibi, ô ſanctiſſima Trinitas, obſequiũ ſeruitutis noſtræ, & præſta, vt Sacrificiũ, quod oculis tuæ maieſtatis oblatũ eſt, tibi ſit acceptabile, mihiq́; & omnibus, pro quibus eſt oblatum, ſit, te miſerante, propitiabile, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

AD BENEDICTIONEM SACERDOTIS.

BEnedictio Dei † Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, deſcen-

dat

dat ſuper nos, & ſuper Eccleſiam Dei vniuerſam, & maneat ſemper nobiſcum, Amen.

CVM AVDITVR HORA.

NVnc & in hora mortis noſtrę benedicat & cuſtodiat nos omnipotens & miſericors Deus Pater †, & Filius †, & Spiritus ſanctus †, Amen.

Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, Tu nos ab hoſte protege, & in hora mortis ſuſcipe, Amen.



BENEDICTIO MENSÆ.

AD PRANDIVM.

BEnedicite. Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illorũ in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos inducas in tẽtationem, Sed libera nos à malo, Amen.

ORE-

OREMVS.

BEnedic Domine nos, & hæc tua dona, quæ de tua largitate ſumus ſumpturi, Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

POST PRANDIVM.

AGimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro vniuerſis donis ac beneficiis tuis. Qui viuis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos inducas intentationẽ, Sed libera nos à malo,
Amen.

OREMVS.

RETribuere dignare Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomẽ tuum vitam æternam, Amen. Benedicamus Domino. Deo gratias. Fideliũ animę per miſericordiam Dei requieſcant in pace, Amen.

AD CÆNAM.

BEnedicite. Edent pauperes, & ſaturabũtur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum; viuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos inducas intẽtationem, Sed libera nos à malo, Amen.

OREMVS.

BEnedic Domine nos, & hæc tua dona, quæ de tua largitate ſumus ſumpturi, Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

POST CÆNAM.

BEnedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas intentatio-nẽ, Sed libera nos à malo, Amen.

OREMVS.

RЕtribuere dignare, &c. vt ſuprà poſt prandium.

ANTEQVAM EAS CVBITVM, MVNIENS TE SIgno S. Crucis, dic.

IN nomine Patris †, & Filij †, & Spiritus ſancti †, Amen.

POSTEA EXAMINA CONSCIENTIAM HOC modo.

GRatiæ agendæ ſunt Deo pro acceptis ab ipſo beneficiis.

2. Flagitanda eſt gratia pro cognoſcendis & extirpãdis peccatis.

3. Exigenda eſt ab anima ratio de peccatis præſenti die cõmiſſis, vel de bonis omiſſis, per horas ſingulas, ex quo ſurreximus, veſtigando. Et primo quidem circa cogitationes, deinde circa loquelam, atq; operationem.

4. Petenda eſt à Deo venia peccatorum.

5. Proponẽda eſt, cum Dei gratia, vitæ emendatio.

Deinde iunctis manibus.

BEnedicta ſit ſancta & indiuidua Trinitas, nunc, & ſemper, & per infinita ſecula ſeculorum, Amẽ. Pater noſter. Aue Maria. Credo. Cõfiteor. vt ſupra.

HYMNVS.

TE lucis ante terminum
Rerum Creator poſcimus,
Vt ſolita clementia,
Sis Præſul ad cuſtodiam.
Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata,
Hoſtemq; noſtrum comprime,
Ne polluantur corpora.
Præſta Pater omnipotens
Per Ieſum Chriſtum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum S. Spiritu, Amen.

ANTIPHONA.

SAlua nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes, vt

vigilem⁹ cum Chriſto, & requieſcam⁹ in pace. Cuſtodi nos Domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege nos.


Dignare Dñe die iſto ſine peccato nos cuſtodire. Miſerere noſtri Dñe, miſerere noſtri. Fiat miſericordia tua Dñe ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Dñe exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

VIſita, quęſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti habitent in ea; qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Chriſtũ Dominum

noſtrm, Amen. Benedicat & cuſtodiat nos omnipotens & miſericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, Amen. Et tu, ô ſancte Angele Dei, qui cuſtos es mei, me tibi commiſſum pietate ſuperna, hac nocte illumina, cuſtodi, rege, & guberna, Amen. Et animæ omnium fidelium defunctorum per magnam miſericordiam Dei requieſcant in pace, Amen.

Hîc poteris etiam dicere Litanias de tuis Patronis, vel alias.



GRATIARVM ACTIO AD DEVM PATREM, PROpter donatum nobis Filium.

ALtiſſime, potentiſſime ac clementiſſime Pater, hominum creator & amator Deus, immenſæ maieſtati tuæ gratias ago, qui nos iræ filios, ac æternæ damnationis reos, miſericordiæ oculis reſpexiſti, & è fædiſſimis peccatorum noſtrorum ſordibus, grauiſſimiſq; vinculis eduxiſti. Gratias ago tibi omnipotens Deus, qui propter inenarrabilem dilectionem tuam Ieſum Chriſtum Filium tuum in terras de ſinu tuo

misisti, eumq; mundi Redemptorẽ donasti perditis, nihil tale promerentibus. Gratias ago pro sancta eius incarnatione & natiuitate: qui sicut Deus verus de Deo vero, tecum ab æterno erat, ita verus etiam homo, ex Virgine matre genitus, mortalem & seruilem naturam nostram tandem assumpsit. Gratias ago tibi pro eiusdem laborib⁹, afflictionibus, ærumnis, per omnem vitam nostra causa in carne perpessis: pro eiusdem passione, cruce & morte acerbissima, quam agnus ipse innocens ꝓ peccatis nostris ex mero amore pertulit: pro ardentissi-

ma illius charitate, per quam pretiosum sanguinē, ad nos redimēdos, & tibi reconciliandos, vbertim effudit: pro illius descensu ad inferos, & à mortuis resurrectione, vt mortui ad vitā perpetuā animæ & corporis resuscitaremur: pro miranda eius in cœlū ascensione, & augusta sede maiestatis illius ad dexterā tuam, qui & Spiritum sanctum in filios adoptionis effudit, talemq; Doctorem & Rectorem dedit Ecclesiæ. Gratias ago tibi Pater amantissime, quòd, vt seruum redimeres, tam dilectum Filium tuum sęuissimis hostibus tradidisti, ac pretioso

eius ſanguine nos immũdiſſimos abluiſti, illudq́; præſtare pergis, vt ſacroſancto & viuifico myſterio corporis eius quotidie in Eccleſia paſcamur, & ſummæ diuinitatis participes efficiamur. Gratias demum ago tibi munificentiſſime Pater, qui ſecundùm paternæ miſericordiæ tuæ viſcera nos viſitare, & mundũ hunc totum, in maligno poſitum, ita diligere voluiſti, vt Vnigenitum tuum illi dares, mundiq́; Propitiatorem & Saluatorem proprium faceres, qui non ſolum in anima, ſed etiam in corpore perfectè nos reſtitueret. Laudo & benedico te,

qui tanta nos gratia cumulare, & cœleſtem ęternamq́; gloriam per Filium nobis promittere non es dedignatus. Tibi, ô Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, cum eodem Filio tuo & Spiritu ſancto, detur omnis laus, honor, gloria, & benedictio ab omni creatura in ſecula ſeculorum, Amen.

LITANIÆ AD DEUM PATREM.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater ſancte, audi nos.

Pater iuſte, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.

Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.

Pater noſter, qui es in cœlis,
Pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti,
Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis,
Pater peccauimus in cœlum & coram te.
Pater DEVS benedictus in ſecula,

Miſerere nobis.

Pater

Pater in ſpiritu & veritate adorande,
Pater ſine quo nemo venit ad Filium,
Pater gloriæ, & Domine cœli & terræ,
Qui miſiſti Filium in mundũ,
Ex quo oĩs paternitas in cœlo & in terra nominatur,
Qui elegiſti nos in Filio ante mundi conſtitutionem,
Qui prædeſtinaſti nos in adoptionem filiorum,
Qui myſteria abſcondis prudentibus & ſapientibus, & reuelas ea paruulis,
Qui benedixiſti nos omni bene-

Miſerere nobis.

nedi-

nedictione ſpirituali in cę-
leſtibus,
Qui dimittis nobis peccata
noſtra,
Qui elegiſti nos, vt eſſemus
ſancti & immaculati in cō-
ſpectu tuo,
Qui das ſpiritum bonum pe-
tentibus te.
Pater luminum, à quo omne
bonum deſcendit,
Pater viuificans, & mortuos
ſuſcitans,
Pater videns in abſcondito,
Agricola vſq; modo operans,
Qui ſolem tuū oriri facis ſu-
per bonos & malos,

Miſerere nobis.

Qui

Qui pluis ſuper iuſtos & in-
iuſtos,
Qui numeraſti omnes capil-
los capitis noſtri,
Qui proprio Filio non peper-
ciſti, ſed pro nobis omni-
bus tradidiſti eum,
Qui vocaſti nos in ſocietatẽ
Filij tui,
Qui gratificaſti nos in dile-
cto Filio tuo,
Qui tranſtuliſti nos in regnũ
Filij dilectionis tuæ,
Qui dignos nos feciſti in par-
tem ſortis Sanctorum,
Qui ad nuptias Filij nos vo-
caſti,

Miſerere nobis.

Qui dilexiſti nos, & dediſti conſolationem æternam,
Qui ſic dilexiſti mundum, vt Filium vnigenitum dares,
Qui magnifica voce de cœlo delapſa clarificaſti Filiũ tuũ
Qui tibi in Filio tuo benè cõplacuiſti,
Cui complacuit dare nobis regnum,
Cuius faciem ſemper vident Angeli in cœlis,
Qui vt ſeruum redimeres, Filium tradidiſti,
Qui talem charitatem dediſti nobis, vt filij tui nominemur & ſimus,

Miſerere nobis.

Qui voluiſti nos conformes fieri imaginis Filij tui,
Qui es ſuper omnes, & per omnia, & in omnib⁹ nobis,
Qui paraſti regnũ electis tuis ante mundi conſtitutionẽ,
Pater orphanorum, & iudex viduarum,
Qui ſine acceptione perſonarum iudicas ſecundũ opus vniuſcuiuſque,
In cuius domo manſiones multæ ſunt,
Pater benigne, patiens, & multæ miſericordiæ,

Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.

Propitius eſto, Libera nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato,
A poteſtate diaboli,
Ab omnibus peccatorũ occaſionibus & tentationibus,
Ab inſidiis inimicorum oĩm,
Ab ira & odio & omni mala voluntate,
Ab imminẽtibus peccatorum periculis,
Ab omnibus aduerſitatibus & hoſtib⁹ mentis & corporis,
A damnatione perpetua,
Per altiſſimam, qua intueris abyſſos, ſcientiam tuam,
Per immenſam, qua omnia ex
Libera nos Domine.

nihilo creaſti potentiam tuam,
Per ſuauem, qua cuncta gubernas, prouidentiã tuam,
Per æternam, qua mundũ dilexiſti, charitatem tuam,
Per infinitam, qua omnia imples, bonitatem tuam,
In die Iudicij.

Libera nos Dñe.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt nomen tuum ſemper & vbiq; ſanctificetur,
Vt regnum tuum nobis aduenire concedas,
Vt ſemper fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra,
Vt panem noſtrum quotidianum

Te rogam⁹ audi nos.

num

num nobis dare digneris,
Vt nobis debita noſtra cle-
mẽter dimittere digneris,
Vt nos ſub vmbra alarũ tua-
rum protegere, & ex omni
tẽtatione eripere digneris,
Vt nos ab omni malo libera-
re digneris,
Vt quod fideliter petimus, ef-
ficaciter conſequamur,
Pater in nomine Filij tui,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Reconcilia nos Patri.
Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Da nobis acceſſum ad
Patrem.
Agnus Dei, qui tollis peccata

mundi, Poſt hoc exilium o-
ſtende nobis Patrem.

Pater ſancte, audi nos.

Pater iuſte, exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas intẽtationem.

Sed libera nos à malo, Amen.

℣. Protector noſter aſpice DEVS.

℟. Et reſpice in faciem Chriſti tui.

℣. Memento noſtri Domine in beneplacito tuo.

℟. Viſita nos in ſalutari tuo.

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

℣. Dñe Deus virtutum cõuerte nos,

℟. O-

℞. Oſtende faciẽ tuã, & ſalui erimus.
℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℞. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DEVS, qui in omnibus Eccleſiæ tuæ filiis, Chriſti Filij tui voce manifeſtaſti ſatorem te bonorum ſeminum, & electorum palmitum eſſe cultorem, tribue quæſumus fidelibus tuis, qui vinearum apud te nomine cenſentur & ſegetum, vt ſpinarũ & tribulorum ſqualore reſecato, digna efficiantur fruge fœcundi.

DEVS incõmutabilis virtus, & lumẽ æternum, reſpice propitius ad totius Eccleſiæ tuæ cor-

pus,& opus ſalutis humanæ,perpetuæ diſpoſitionis effectu tranquillus operare, vt totus mundus experiatur,& videat deiecta erigi, inueterata renouari,& per ipſum redire omnia in integrum, à quo ſumpsêre principium.

DEVS celſitudo humilium, & fortitudo rectorum, qui per vnigenitum Filium tuum ita erudire mundum dignatus es, vt omnis illius actio, fieret noſtra inſtructio, excita in nobis ſpiritus tui feruorem, vt quod ille verbo & exemplo ſalubriter docuit, nos efficaciter imitari valeamus.

Deus

DEvs, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis, da nobis id amare, quod præcipis, id desiderare, quod promittis, vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia.

DEvs, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, vt cogitemus te inspirante, quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationē meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.
℟. Amen.

GRATIARVM ACTIO AD CHRISTVM.

PRecor te Ieſu Chriſte, Rex regum, & Domine dominantium, qui es Dominus meus, & Deus meus, mundi Redemptor, & electorum omnium Saluator, vnigenitus Dei Filius, ex Patre genitus ante ſecula. Benedicta ſit in cœlis & terris naturæ tuæ diuini-

tas, æternaq́; Maieſtas, per quam in principio Verbum, ſapientia, lux, & vita rerum omniũ incomprehenſibiliter extitiſti. Benedicta tuæ carnis & naturæ humanæ aſſumptio, quando de ſinu Patris in hunc mundum deſcẽdens, teipſum pro nobis redimendis mirabiliter exinaniſti, & ex pura Virgine Maria concipi naſciq́; voluiſti. Laus tibi & gloria amantiſſime Dñe Ieſu Chriſte, pro æſtu & frigore, pro fame & ſiti, pro vigiliis & ieiuniis, pro paupertate & miſeria, pro laboribus & ærumnis, pro fatigationib⁹ & hoſtium inſidiis, pro Euangelij tui prædi-

catio-

cátione, pro miſericordiæ operibus & miraculis, pro Sacramenti ſanctiſſimi inſtitutione, pro ſanguinei ſudoris effuſione, pro captiuitate & flagellatione, pro paſſione & morte, pro ſepultura, & deſcenſu ad inferos, pro reſurrectione, & in cœlum aſcenſione, ac demum pro plurimis & maximis ſuauiſſimæ pietatis tuæ miſerationibus, quibus nos oriens ex alto viſitaſti, teq́; viam, veritatem & vitam miſeris mortalibus ex amore maximo præbuiſti. Benedicta ſit inſignis humilitas, paupertas, manſuetudo, patientia, obedientia, & charitas tua IESV

fide-

fidelissime, quoniam non minus exemplo, quàm verbo nobis pręmonstrasti, qua via vitæ tuæ vestigia sectaremur, tuęq́; glorię cõsortium in regno Patris assequeremur. Benedict⁹ amor erga nos tuus ineffabilis, per quē tam multa & magna pro nobis saluandis fecisti, docuisti, ac ꝑtulisti, tuaq́; merita seruis etiam vilissimis & indignissimis applicari ac distribui voluisti; Sit nomen tuum, ô IESV, in secula benedictum, qui nobis factus es mediator, propitiator, Saluator & remunerator, omnibusq́; tibi obedientib⁹ causa salutis æternæ. Verè tu pastor

bonus,

bonus, qui animam tuam posui-
sti pro ouibus tuis; verè agn⁹ Dei,
tollens peccata mundi, dignus
accipere virtutẽ, & diuinitatem,
& sapientiam, & fortitudinem, &
honorem, & gloriam, & benedi-
ctionem. Redemisti enim nos
Deo in sanguine tuo ex omni tri-
bu, & lingua, & populo, & natio-
ne, Emanuel, Rex & Pontifex no-
ster, vt merito te vnà cum Patre
& sancto Spiritu laudet, glorificet
& benedicat omnis creatura tàm
angelica, quàm humana in in-
finita secula seculo-
rum, Amen.



LITANIÆ DE NOMINE IESV.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Ieſu Fili Dei viui, Miſerere nobis.
Ieſu Fili Dauid, Miſerere nobis.

Iesu Fili Mariæ Virginis,
Iesu sanctissime,
Iesu potentissime,
Iesu perfectissime,
Iesu fortissime,
Iesu gloriosissime,
Iesu piissime,
Iesu charissime,
Iesu dulcissime,
Iesu admirabilis,
Iesu delectabilis,
Iesu honorabilis,
Iesu Saluator mundi,
Iesu Mediator Dei & hominũ
Iesu bone pastor ouium.
Iesu refugium nostrum,
Iesu benignissime,

Miserere nobis.

Iesu

Iesu dilectissime,
Iesu clementissime,
Iesu desideratissime,
Iesu mitissime,
Iesu amantissime,
Iesu amator fidelissime,
Iesu amor noster,
Iesu lux vera,
Iesu sapientia æterna,
Iesu bonitas infinita,
Iesu speculum perfectionis,
Iesu exemplar virtutum,
Iesu pater pauperum,
Iesu consolator afflictorum,
Iesu gaudium Angelorum,
Iesu Rex Patriarcharum,
Iesu inspirator Prophetarum,

Miserere nobis.

Ieſu Magiſter Apoſtolorum,
Ieſu Doctor Euangeliſtarum,
Ieſu fortitudo Martyrum,
Ieſu lumen Confeſſorum,
Ieſu ſponſe Virginum,
Ieſu corona Sanctorum oĩm,

Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Ieſu.
Propitius eſto, Exaudi nos Ieſu.
Ab omni malo, Libera nos Ieſu.

Ab omni periculo,
Ab ira tua,
Ab inſidiis diaboli,
A peſte, fame, & bello,
A tranſgreſſione mandatorum tuorum,
Ab incurſu omnium malorũ,
Per incarnationem tuam,

Libera nos Ieſu.

Per aduentum tuum,
Per natiuitatem tuam,
Per dolores tuos.
Per flagella tua,
Per mortem tuam,
Per resurrectionem tuam,
Per ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam virginẽ matrem tuam,
Per intercessionem omnium Sanctorum,

Libera nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis Ieſu.
Ieſu Chriſte audi nos.
Ieſu Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.
℣. Benedic anima mea Domino,
℟. Et omnia, quę intra me ſunt, nomini ſancto eius.
℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum.
℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Domine exaudi orationē meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, dirige act⁹ noſtros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abundare.

SAncti nominis tui Domine timorem pariter & amorẽ fac nos habere perpetuũ, quia nunquam tua gubernatione deſtituis quos in ſoliditate tuæ dilectionis inſtituis.

DEvs virtutũ, cuius eſt totum quod eſt optimũ, inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis, & præſta in nobis religio-


nis augmentum: vt quæ ſunt bona nutrias, ac pietatis ſtudio, quæ ſunt nutrita cuſtodias.

ECcleſiam tuam Domine miſeratio cōtinuata mundet ac muniat, & quia ſine te nō poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur.

DEvs, qui glorioſiſſimum nomen Ieſu Chriſti Filij tui Domini noſtri feciſti fidelibus tuis ſummo ſuauitatis affectu amabile, & malignis ſpiritus tremendum atque terribile: concede propitius, vt omnes, qui hoc nomen IESV deuotè venerantur in terris, ſanctæ conſolationis dul-

cedinem in præſenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.



ALIÆ LITANIÆ AD CHRISTVM DOMINVM, *ex ſacra Scriptura.*

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Ieſu Deus fortis & Saluator, Miſe.

Ieſu illuminatio & fortitudo noſtra,
Ieſu ſcutum omnium in te ſperantium,
Ieſu Princeps pacis,
Ieſu Rex gloriæ,
Ieſu Doctor iuſtitiæ.
Ieſu Pater futuri ſeculi,
Ieſu lux mundi,
Ieſu ſalus, vita & reſurrectio noſtra.
Ieſu via, veritas & vita,
Ieſu dator gratiæ & gloriæ,
Ieſu vitæ & mortis Domine,
Ieſu auctor & fons vitæ,
Ieſu Dux & Pręceptor gentiũ,
Ieſu legifer & Rex noſter,

Miſerere nobis.

Iesu turris fortitudinis,
Iesu Rex Regum, & Domine dominantium,
Iesu in cuius ditione cuncta sunt posita,
Iesu cui data est omnis potestas in cœlo & in terra,
Iesu quem adorant & colunt omnia,
Iesu in quo & per quē viuunt omnia,
Iesu verbo virtutis tuæ omnia portans,
Iesu imago bonitatis Dei,
Iesu candor lucis æternæ,
Iesu splendor paternæ gloriæ,
Iesu speculum sine macula,

Miserere nobis.

Ieſu ſpecioſe forma præ filiis hominum,
Ieſu flos campi,
Ieſu lilium conuallium,
Ieſu vitis vera fructificans ſuauitatem odoris,
Ieſu cuius odor quaſi balſamum non miſtum,
Ieſu Botrus Cypri,
Ieſu quaſi platanus exaltata iuxta aquas,
Ieſu Terebinthus ramos honoris & gratiæ extendens,
Ieſu aquæ ductus, exiens de paradiſo,
Ieſu plantatio roſæ in Hiericho,

Miſerere nobis.

Ieſu

Ieſu quaſi palma exaltata in Cades,
Ieſu Myrrha electa dans ſuauitatem odoris,
Ieſu oliua ſpecioſa in campis,
Ieſu quaſi Cedrus exaltata in Libano.
Ieſu Cypreſſus in mõte Syon,
Ieſu cuius flores, fructus honoris & honeſtatis,
Ieſu ſicut Cinnamomum & balſamum aromatizans.
Ieſu Libanus nõ inciſus, vaporans habitationem tuam.
Ieſu per nationes in animas ſanctas te transferens,
Ieſu torrente voluptatis tuæ

Miſerere nobis.

San-

Sanctos potans, Miſerere no.
Ieſu ab vbertate domus tuæ Sanctos oẽs inebrieans, Miſerere.
Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.

Ab omni peccato,
A laqueis Diaboli,
Ex omnibus tribulationibus & anguſtiis noſtris,
Ab aduerſitatibus & erroribus vniuerſis,
A gehenna ignis,
Per dilectam animam tuam,
Per omnes vires corporis & animæ tuæ.
Per innocentiam vitæ tuæ.

(Libera nos Domine.)

Per

Per plenitudinem gratiæ tuæ,
Per nimiam, qua dilexiſti nos, charitatem tuam,
Per viſcera miſericordiæ tuæ,
In virtute tua,
Propter gloriam nominis tui,
Libera nos Dñe.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt peccata noſtra perfectè deleas, Te rogamus audi nos.

Vt omnia vitiorum mala in nobis mortifices,
Vt conſcientias noſtras viſitando purifices,
Vt ſpiritum tuum ſuper nos copiosè effundas,
Vt animas noſtras ab omni tentatione cuſtodias,
Te rogamus audi nos.

Vt corda noſtra plenè poſſi-
deas,
Vt corpora noſtra ab omni
aduerſitate protegas,
Vt ſenſus noſtros ab omni va-
nitate defendas,
Vt ſplendore vultus tui intel-
lectum noſtrũ illumines,
Vt ignem tui amoris in volũ-
tate noſtra vehementer ac-
cendas,
Vt memoriam noſtram, tua
ſancta præſentia perpetuò
lætifices,
Vt fidem verã nobis augeas,
Vt ſpem in te famam nobis
addas,

Te rogamus audi nos.

Vt tuam in nobis charitatem perficias,
Vt ſermones & cogitationes noſtras ſanctifices,
Vt ſtudia & actiones noſtras, iuxta beneplacitũ tuæ voluntatis, dirigas & promoueas,
Vt imperfectum noſtrum tua bonitate ſuppleas,
Vt perfectam ſpiritus paupertatem nos doceas,
Vt mentis & corporis caſtitatem nobis tribuas,
Vt humilis obedientiæ donũ nobis augeas,
Vt afflictiones noſtras oculis

Te rogamus audi nos.

tuæ

tuæ miſericordiæ aſpicias,
Vt inſidiantes hoſtes potenter repellas,
Vt noſtras ad te rebelles voluntates compellas,
Vt gubernatoribus & ſuperioribus noſtris aſſiſtas,
Vt benefactorib⁹ noſtris ſempiterna bona retribuas,
Vt nos tua pietate concordes efficias,
Vt inimicis noſtris indulgeas,
Vt perſeuerantiã, in tuo ſancto ſeruitio, nobis dones,
Vt nos à te nunquam ſeparari permittas,
Vt mortem ſanctam & finem

Te rogamus audi nos.

felicem nobis concedas, Te rogamus audi nos.

Vt nos regni tui cohæredes efficias, Te rogamus audi nos.

Vt viuis gratiam, defunctis vitam æternam dones, Te rogamus.

Vt orationes noſtras clementer exaudias, Te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chri-

Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.
℣. Benedicã Dñm in omni tempore,
℟. Semper laus eius in ore meo.
℣. In Domino laudabitur anima mea.
℟. Audiant manſueti & lætentur.
℣. Magnificate Dominum mecum.
℟. Et exaltemus nomen eius in idipsũ
℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

FAmiliam tuã quæſumus Domine propitius reſpice, & ſaporẽ nobis æternæ ſapientiæ benignus infunde, vt eius dulcedine melliflua prægustata, omnia terrena valeam⁹ deſpicere, & tibi

ſummo bono ardenti deſiderio iugiter adhærere.

PRopitiare Domine ſupplicationib⁹ noſtris, & cœleſti nos protege benign⁹ auxilio, vt actiones noſtras, & præcedente gratia tua dirigas, & ſubſequente comitari digneris, noſq́; in tuo famulatu perſeuerantes, ſub tuo ſemper præſidio gaudere concedas.

DOmine Ieſu Chriſte, qui dixiſti: petite & accipietis; quęrite & inuenietis; pulſate & aperietur vobis; da quęſumus petentibus nobis tui ſanctiſſimi nominis affectum, vt te toto corde, ore & opere diligamus, & à tua laude nunquam ceſſemus. Pro-

PRotector in te ſperantiũ Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, vt te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna.

DEvs, qui per coęternam tibi ſapientiam, hominem, cum non eſſet, condidiſti, perditumq; miſericorditer reformaſti: pręſta quæſumus, vt eâdem corda noſtra, inſpirãte, te tota mente amemus, & ad te toto corde curramus. Per eundem Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate

Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino,

℟. Deo gratias.

℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,

℟. Amen.

ALIÆ LITANIÆ AD CHRISTVM DOMINVM, DE vita & paſsione eius.

KYRIE ELEISON.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Pater

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.

Iesu sapientia æterna,
Iesu de virgine Maria nate,
Iesu à tua genitrice adorate,
Iesu pannis inuolute,
Iesu in præsepio reclinate,
Iesu vbere virgineo lactate,
Iesu à pastoribus in præsepio cognite,
Iesu per circumcisionem sub

Miserere nobis.

lege facte, Miſerere nobis.
Ieſu à Magis adorate,
Ieſu in templo præſentate,
Ieſu in Ægyptum delate,
Ieſu ab Herode ad necem quæſite,
Ieſu in Nazareth nutrite,
Ieſu in templo inuente,
Ieſu parentibus ſubdite,
Ieſu à Ioanne baptizate,
Ieſu in deſerto tentate,
Ieſu cū hominibus cōuerſate,
Ieſu gratis odio habite,
Ieſu contumeliis vexate,
Ieſu in monte coram Patribus transfigurate.
Ieſu Rex mitis Hieruſalem

Miſerere nobis.

in-

ingreſſe, Miſerere nobis.
Ieſu triginta argẽteis vendite,
Ieſu ad diſcipulorum pedes inclinate,
Ieſu in oratione proſtrate,
Ieſu ab Angelo confortate,
Ieſu in agonia ſanguineo ſudore perfuſe,
Ieſu oſculo à Iuda tradite,
Ieſu à miniſtris legate,
Ieſu à diſcipulis derelicte,
Ieſu Annę & Caiphę p̃ſentate,
Ieſu alapa à miniſtro percuſſe,
Ieſu à falſis teſtibus accuſate,
Ieſu reus mortis iudicate,
Ieſu in faciem conſpute,
Ieſu oculis velate,

Miſerere nobis.

Iesu colaphis cæse,
Iesu à Petro ter negate,
Iesu vinctus Pilato tradite,
Iesu ab Herode sprete & illuse,
Iesu veste alba indute,
Iesu Barrabæ postposite,
Iesu flagellis cæse,
Iesu propter scelera nostra attrite,
Iesu quasi leprosus reputate,
Iesu veste purpurea indute,
Iesu spinis coronate,
Iesu arundine percusse,
Iesu à Iudęis ad crucem postulate,
Iesu morte turpissima condemnate,

Miserere nobis.

Ieſu volũtati Iudęorũ tradite,
Ieſu crucis pondere grauate,
Ieſu tanquam ouis ad occiſionem ducte,
Ieſu veſtibus exute,
Ieſu clauis in cruce confixe,
Ieſu propter iniquitates noſtras vulnerate,
Ieſu q̃ ꝓ inimicis Patrẽ rogaſti
Ieſu cum iniquis reputate,
Ieſu in cruce blaſphęmate & illuſe,
Ieſu à latrone cõuitiis laceſſite
Ieſu qui latroni pęnitenti paradiſum promiſiſti,
Ieſu qui Ioannem matri tuę in filium commendaſti,

Miſerere nobis.

Iesu felle & aceto in siti potate
Iesu qui omnia de te scripta consummasti,
Iesu qui Spiritum in manus Patris commendasti,
Iesu vsq; ad mortẽ crucis obediens facte,
Iesu lancea transfixe,
Iesu propitiatio nobis facte,
Iesu de cruce deposite,
Iesu gloriosè à mortuis resurgens,
Iesu in cœlum eleuate,
Iesu noster apud Patrẽ Aduocate,
Iesu qui Spiritum paraclitum discipulis misisti,

Miserere nobis.

Iesu matrem super choros Angelorum exaltans, Miserere no.

Iesu viuos & mortuos iudicature, Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Dñe.

Propitius esto, Exaudi nos Dñe.

Ab omni malo, Libera nos Dñe.

Ab omni peccato,

Ab ira & odio & omni mala voluntate,

A peste, fame & bello,

A cunctis mentis & corporis periculis,

A morte perpetua,

Per mundissimam conceptionem tuam,

Per miraculosã natiuitatẽ tuã

Libera nos Domine.

Per humilem circumcisionem tuam,
Per baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum,
Per labores & vigilias tuas,
Per doloroſam flagellationẽ & coronationem tuam,
Per ſitim, lachrymas & nuditatem tuam,
Per pretioſam mortem & crucem tuam,
Per glorioſam Reſurrectionem & Aſcenſionem tuam
Per miſſionem Spiritus ſancti Paracliti,
In die iudicij,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.

Vt nobis parcas, Te rogamus audi nos.

Vt nobis indulgeas, Te rogamus.

Vt ad veram pœnitentiã nos perducere digneris,

Vt gratiã ſancti Spiritus cordibus noſtris clemẽter infundere digneris,

Vt Eccleſiam tuam ſanctam defendere & propagare digneris.

Vt ſocietates in tuo ſancto nomine cõgregatas, cõſeruare & amplificare digneris,

Vt nobis veram pacem, humilitatem, & charitatem largiri digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt

Vt in gratia & ſancto ſeruitio tuo perſeuerantiam nobis dare digneris,
Vt nos ab immundis cogitationibus, & Dæmonũ tentationibus, & damnatione perpetua liberare digneris,
Vt nos collegio Sanctorum tuorum ſociare digneris,
Vt nos exaudire digneris,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chri-

Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi,
℟. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum.
℣. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine,
℟. Et miſericordiarum tuarum, quæ à ſeculo ſunt.
℣. Vide humilitatem meam & laborem meum.
℟. Et dimitte vniuerſa delicta mea.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

GRatia tua, quęsumus Domine, ab omnibus nos purget peccatis, ac bonis operibus iugiter faciat esse intentos.

INfunde, quæsumus Domine, cordibus nostris lumen sapientiæ tuæ, vt te veraciter agnoscamus, & fideliter diligamus.

PRotector noster aspice Deus, & ab inimicorum nos defende periculis, vt omni perturbatione semota, & tranquillitate animi tua benignitate concessa, liberis tibi mentibus seruiamus.

Deus

DEvs, cuius misericordię non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, piissimę maiestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuā semper clementiam exorantes, vt qui petentibus postulata concedis, eosdem non deseıens, ad præmia futura disponas. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace,
℟. Amen.

LITANIÆ AD CHRISTVM CRVCIFIXVM.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte crucifixe, audi nos.
Chriſte crucifixe, exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Chriſte à Iudæis ad crucem poſtulate, Miſerere nobis.

Chriſte morte crucis condemnate,
Chriſte in locũ ſupplicij cum cruce educte,
Chriſte in cruce extenſe,
Chriſte clauis in cruce cõfixe,
Chriſte in ligno crucis maledictum pro nobis factum,
Chriſte in cruce irriſe & blaſphemate,
Chriſte qui pro inimicis in cruce Patrem oraſti,
Chriſte qui latroni pœnitenti in cruce paradiſum promiſiſti,
Chriſte matri & diſcipulo in cruce compatiens,

Miſerere nobis.

Chriſte qui in cruce magna voce te à Patre derelictum clamaſti.

Chriſte felle & aceto in cruce potate,

Chriſte qui oĩa de te ſcripta in cruce conſummaſti,

Chriſte qui in cruce Spiritũ in manus Patris cõmendaſti,

Chriſte in cruce pro nobis immolate,

Chriſte qui per crucem mundum redemiſti,

Chriſte qui per crucem de inimicis noſtris triumphaſti,

Chriſte vſq; ad mortẽ crucis pro nobis obediens facte,

Miſerere nobis.

Chri-

Christe de cuius latere in cruce exiuit sanguis & aqua,
Christe in candelabro crucis totum mundũ illustrans,
Christe in cruce omnia ad te trahens,
Christe de cruce deposite,
Christe per crucẽ in gloriam tuam ingresse,
} Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Christe.

Propitius esto, Exaudi nos Christe.

Ab omni malo, Libera nos Christe,

Ab omni peccato, Libera nos Christe.

A laqueis diaboli,
Ab omnibus inquinamentis & immunditiis noſtris,
Ab omni culpa & pœna,
Ab omni reatu & vinculis inferni,
A gehenna ignis,
Per ſanctam crucem tuam,
Per ſpineam, quam portaſti in cruce, coronam tuam,
Per ſacroſancta quinq; vulnera tua, q̃ in cruce ſuſcepiſti,
Per ſacroſanctum ſanguinem tuum, in cruce pro nobis effuſum,
Per amaram in cruce mortem tuam,

Libera nos Chriſte.

Per

Per temetipſum in cruce pro nobis oblatum,
Per omnes pœnas & tormẽta in cruce pro nobis tolerata
Per omnia oſſa tua in cruce dinumerata,
Per lachrymas tuas in cruce fuſas,
Per gemitus & ſuſpiria cordis tui in cruce,
Per lamentabilem de cruce depoſitionem tuam,
In hora mortis noſtræ,
In die iudicij,

Libera nos Chriſte.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt per crucem tuam nobis parcas, Te rogamus audi nos,

Vt nos veros & cōſtantes crucis amatores efficias,
Vt fructus crucis tuæ nobis communicare digneris,
Vt crucem noſtram quotidie tollere, & poſt te libenter baiulare concedas,
Vt amore tui mundus ſit nobis crucifixus & nos mūdo
Vt carnem noſtrā cum vitiis & concupiſcentiis crucifigere digneris,
Vt per crucē tuam in gloriam tuam nos introire cōcedas,
IeſuChriſte ꝑ nobis crucifixe,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Chriſte.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Chriſte.

Agnus Dei, qui tollis peccata mũdi, Miſerere nobis Chriſte.

Chriſte crucifixe audi nos.

Chriſte crucifixe, exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Foderunt manus meas & pedes meos,

℟. Dinumerauerunt omnia oſſa mea.

℣. Sicut aqua effuſus ſum,

℟. Et diſperſa ſunt omnia oſſa mea,

℣. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens,

℟. In medio ventris mei.

℣. Aruit tanquam teſta virtus mea,

℟. Et

℟. Et lingua mea adhæſit faucib⁹ meis
℣. Omnes vidētes me, deriſerunt me,
℟. Locuti ſunt labiis, & mouerunt caput.
℣. Domine exaudi orationē meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DOmine Ieſu Chriſte, qui de cœlis ad terrā de ſinu Patris deſcendiſti, & ſanguinem tuum pretioſum in remiſſionē peccatorum noſtrorum fudiſti, te humiliter deprecamur, vt in die iudicij ad dexterā tuam audire mereamur, venite benedicti.

DEVS, qui vnigeniti Filij tui pretioſo ſanguine viuificæ

cru-

crucis vexillum ſanctificare voluiſti, cõcede quæſumus, eos, qui eiuſdem crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaudere.

DEVS, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum ſubire voluiſti, vt inimici à nobis expelleres poteſtatem, concede nobis famulis tuis, vt reſurrectionis gloriam conſequamur.

DEVS qui in Filij tui paſſione mundo remedia contuliſti, populũ tuum, quæſumus, cœleſti dono ꝓſequere, vt & perfectã libertatẽ conſequi mereamur, & ad vitam proficiamus æternam.

Do-

DOmine Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, qui pro ſalute mundi crucis patibulum aſcendiſti, & ſanguinem tuum pretioſum pro redemptione animarum noſtrarum copioſè fudiſti, te ſupplices deprecamur, vt poſt obitum noſtrum paradiſi ianuas nos gaudēter introire concedas. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationē meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicam⁹ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

GRATIARVM ACTIO AD DEVM SPIRITVM *ſanctum.*

ADoro & glorifico te ſanctiſſime Spiritus, qui à Patre Filioq; procedis, æquè colendus & omnipotens Deus. Tibi laus & gratiarũ actio, qui ſuper primos fideles in linguis igneis apparens, omnes cœleſtibus donis repleuiſti. Tu Prophetas & Apoſtolos inſtruxiſti, vt diuinã doctrinam, fideiq; myſteria certò cognoſcerent, & fideliter orbi cõmunicarent. Tibi laus & gloria ſempiterna, qui Chriſtianæ veritatis Doctor, & Eccleſiæ Catholicæ

Rector ætatibus omnibus perſe-
ueras, eamq́; contra omnes erro-
rum tenebras, columnam & fir-
mamentũ veritatis efficis & cu-
ſtodis. Benedico te, quod nobis
vſque maneas fidiſſimus aduoca-
tus, & dulciſſimus cõſolator, per
quem Verbum Dei in cordibus
hominum frugiferum redditur,
& quo duce credentes per Eccle-
ſiæ Sacramenta, curantur atque
ſanctificantur. Laudo & bene-
dico te, qui omnia in omnibus
operaris, & ſingulis, prout vis, do-
na tua diſtribuis, mẽbraq́; Chriſti
capitis, in mirabili corporis my-
ſtici vnitate conſeruas, foues ac

pro-

prouehis. Ago tibi gratias immortales, quod paruulis reuelas myſteria, & Chriſti oues vnctione tua de omnibus doces, & quotidie non modo peccatores iuſtificas, ſed etiam iuſtificatos ad maiorem ducis iuſtitiam, & in omni virtute cõfirmas ac perficis. Summis periculis nos liberas, lapſos erigis, aduerſus tentationes munis & armas debiles. O mundator ſcelerũ, ô curator vulnerum, ô Doctor ignorantium, ô Pater orphanorum. Veni ergo ſanctiſſime Spiritus, & quod in Eccleſia reformandum eſt, tu optime viſitator ac reformator, emendare ac

reformare ne desinas. Tua gratia & misericordia, sine qua nihil boni potest inchoari & perfici, nos semper præueniat ac sequatur. Per Iesum Christum Saluatorem nostrum, qui cum Patre in vnitate tua viuit ac regnat in secula seculorum, Amen.

LITANIÆ AD SPIRITVM SANCTVM.

KYRIE ELEISON.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Spiritus sancte, audi nos.
Spiritus paraclete, exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miserere nob.

Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.

Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.

Spiritus veritatis,
Spiritus ſapientiæ,
Spiritus intellectus,
Spiritus fortitudinis,
Spiritus pietatis,
Spiritus recti conſilij,
Spiritus ſcientiæ,
Spiritus ſancti timoris,
Spiritus charitatis,
Spiritus gaudij,
Spiritus pacis,

Miſerere nobis.

Spiritus patientiæ,
Spiritus benignitatis,
Spiritus bonitatis,
Spiritus longanimitatis,
Spiritus manſuetudinis,
Spiritus fidei & ſpei,
Spiritus modeſtiæ,
Spiritus continentiæ,
Spiritus caſtitatis,
Spiritus humilitatis,
Spiritus prudentiæ,
Spiritus vitæ & ſalutis,
Spiritus virtutum,
Spiritus multiformis gratiæ,
Spiritus adoptionis filiorum Dei,
Purificator animarũ noſtrarũ,

Miſerere nobis.

Eccleſiæ Catholicæ ſanctificator & rector,
Scrutans corda & renes Deus,
Cœleſtiũ donorũ diſtributor,
Diſcretor cogitationum & intentionum cordis,
Securum in omni aduerſitate præſidium,
Dulcedo in tuo ſeruitio incipientium,
Virtus in te proficientium,
Corona perfectorum,
Gaudium Angelorum,
Illuminatio Patriarcharum,
Inſpiratio Prophetarum,
Os & ſapientia Apoſtolorũ,
Victoria Martyrum,

Miſerere nobis.

Scientia Confeſſorum, Miſerere nobis.

Puritas Virginum, Miſerere nob.

Vnctio Sanctorum omnium, Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis ſancte Spiritus.

Propitius eſto, Exaudi nos ſancte Spiritus.

Ab omni malo, Libera nos ſancte Spiritus.

Ab omni peccato,
Ab omnibus tentationibus & inſidiis diaboli,
Ab omni præſumptione & deſperatione,
Ab impugnatione veritatis

Libera nos S. Spirit⁹.

agni-

agnitæ, Libera nos S. Spir.
Ab inuidentia fraternę gratię,
Ab omni obſtinatione & impœnitentia,
Ab omni negligentia & torpore animi,
Ab omni immunditia mentis & corporis,
Ab hæreſibus & erroribus vniuerſis,
Ab omni malo ſpiritu,
A mala & æterna morte,
Per æternam ex Patre Filioq; proceſſionem tuam,
Per miraculoſam conceptionem Filij Dei,
Per deſcenſionem tuam ſuper

Libera nos S. Spiritus.

Chriſtum baptizatum, Libera nos S. Spiritus.

Per ſanctam apparitionem tuam in transfiguratione Domini, Libera nos S. Spiritus.

Per aduentum tuum ſuper diſcipulos Chriſti, Libera nos S. Spiritus.

In die iudicij, Libera nos S. Spir.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.

Vt nobis parcas, } Te rogamus audi nos.

Vt omnia Eccleſiæ membra viuificare & ſanctificare digneris, } Te rogamus audi nos.

Vt omnes gentes in vnitate Catholicæ fidei congregare digneris, } Te rogamus audi nos.

Vt

Vt gratia tua ſancta & efficaci nos vbiq; pręuenire, comitari & ſubſequi digneris,

Vt veræ pietatis, deuotionis & orationis donum nobis dare digneris,

Vt omnes cogitationes, verba & opera noſtra, ad te dirigere & ſanctificare digneris,

Vt veræ humilitatis, omniũq; virtutum præſidia nobis dare digneris,

Vt ſanctæ paupertatis ſtudiũ in nobis augere digneris,

Vt donũ manſuetæ patientiæ in nobis plantare digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt gratiam lachrymarum nobis dare digneris,
Vt ad veram iuſtitiam nos cõtinuò aſpirare concedas,
Vt ſinceros miſericordię charitatiſq; affectus nobis inſpirare digneris,
Vt ſpiritũ nouum & cor mũdũ in nobis creare digneris
Vt veram pacẽ & cordis tranquillitatem nobis dare digneris,
Vt ad tolerandas ꝓpter iuſtitiam perſecutiones nos dignos & fortes efficias,
Vt nos in gratia tua cõfirmare digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt

Vt nos in numerum electorum tuorum recipias, Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos.

Spiritus Dei, Te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; Effunde in nos Spiritum ſanctum.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; Emitte promiſſum in nos Patris Spiritum.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Da nobis Spiritum bonum.

Spiritus ſancte, audi nos.

Spiritus paraclete, exaudi nos.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Emitte Spiritũ tuũ & creabuntur,
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Cor mundum crea in me Deus.
℟. Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
℣. Ne proiicias me à facie tua,
℟. Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
℣. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui,
℟. Et Spiritu principali confirma me.
℣. Spiritus ſancti gratia,
℟. Illuminet ſenſus & corda noſtra.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DEvs qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper cōſolatione gaudere.

MEntes noſtras, quæſumus Domine, Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit Filius, veritatem.

ADſit nobis, quæſumus Dñe, virtus Spiritus ſancti, quæ & corda noſtra clemēter expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis.

DEvs, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, purifica per infuſionem ſancti Spiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

OMnipotens ſempiterne Deus, cuius ſpiritu totum corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes, vt gratiæ tuę munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus

ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamꝰ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

COMMENDATIO SANCTISSIMAE TRInitati.

O Sanctiſſima Trinitas, ſummum æternumq́; bonum, confirma mihi, obſecro, per omnipotentiam tuam memoriam meam, per ſapientiam tuam intellectum meum illumina, & per

immenſam bonitatẽ tuam in me reforma & perfice voluntatẽ, vt magnitudinẽ ritè agnoſcere, purè amare, & dignè laudare perpetuò poſſim. Tuæ ſanctæ voluntati me iam pridem obtuli & dicaui, cupioq; tuæ maieſtatis perpetuum manere mancipium, & illius voluntati per omnia obedire. In manus tuas commendo, quàm poſſum maximè, conſilia & opera mea; ſpiritum, animam, & corpus meum: ſenſus & membra, vitam ac mortẽ meam. Tuam ſolummodo peto gratiam & benedictionem, quæ iuſtos, ſanctos, ac beatos efficit, quæq; dili-

genti-

gentibus Deum in bonum vertit omnia. Conuerte me ad te, ô cœlestis artifex, vt quod opus in me cœpisti, conserues & absoluas, meq́; totum hominẽ nouum facias, vt sim obediens filius Patris, & seruus fidelis Filij, & discipulus humilis Spiritus sancti: mundo mihiq́; mortuus, ac tibi soli viuens. Tu qui potes omnia, renoua mihi spiritum, illumina intellectum, sanctifica mentem, corporis & animi vires auge, vt ex te solo pendeam, te super omnia timeam & amem, tuamq́; in omnibus faciam voluntatem. Præterea fidissimæ prouidentiæ tuæ, quæ

cuncta vbiq; moderatur atq; disponit, cōmendo meos maiores, magistratus, benefactores, amicos, familiares, & alios, pro quib9 ego orare debeo, vt illis & nobis omnibus gratia tua potēter opituletur. Aspice hunc locũ, & præsentem Rempublicam, atq; congregationem, ô Pater misericordiarum, & per Christum Dominum nostrum, in vnitate Spiritus sancti, nos à peccatis & peccatorum pœnis atq; periculis libera. Catholicos in sincera fide ac vitæ sanctitate conserua: infestos Ecclesiæ hostes reprime; afflictos omnes cōsolare; incredulos & hę-

reti-

reticos ad veram fidem cõuerte. Horum temporum graues motus comprime: pacem optatam restitue, viuísq; gratiam, ac fidelibus defunctis requiem æternam cõcede, vt in nobis & per nos perfectè glorificeris, Deus trinus & vnus in secula benedictus, Amen.

LITANIÆ AD SS. TRINITATEM.

KYRIE ELEISON.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
O beata Trinitas, audi nos.
O adoranda vnitas, exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miserere nob.

Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.

Spiritus ſanĉte Deus, Miſerere nobis.

Sanĉta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.

Vera & vna Trinitas,
Vna & ſumma Deitas,
Sanĉta & indiuiſa vnitas,
Vnitas in ſubſtantia, & Trinitas in perſonis,
Vna & par potentia,
Vna & coæterna Maieſtas,
Vna & æqualis gloria,
Vna & diuina Trinitas,
Pater Creator,
Fili Reparator,

} Miſerere nobis.

Spiri-

Spiritus ſancte paraclete,
Deus vnus in ſubſtantia, & trinus in perſonis,
Pater Ingenite,
Fili Vnigenite,
Spiritus ſancte ex vtroq; procedens,
Vna ſancta creatrix & gubernatrix omnium Trinitas,
Im̃enſa æterni Patris potẽtia,
Inſcrutabilis Filij Dei ſapiẽtia,
Efficaciſſima Spiritus ſancti bonitas,
Vna & ſimplex Diuinitas,
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus Sabaoth,
Sanctus Deus, ſanctus fortis,

Miſerere nobis.

ſanctus & immortalis,
In quo viuimus, mouemur & ſumus,
Ex quo, in quo, & per quem ſunt omnia,
Rex ſeculorum, immortalis & inuiſibilis,
Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Iacob,
Qui eras, qui es, & qui venturus es,
Pater, Verbũ, & Spiritus ſanctus, vnus Deus,

Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis SS. Trinitas.
Propitius eſto, Exaudi nos SS. Trinitas.

Ab omni malo, Libera nos SS. Trinitas.

Ab omni peccato,
Ab omni ſuperbia & ptinacia
Ab oī auaritia & cupiditate,
A gula & amore mundi,
Ab omni inuidia & odio,
Ab ira & omni mala volũtate,
Ab oī luxuria & immunditia,
Ab omni acedia & puſillanimitate,
A maledictione perpetua,
Per fortitudinem omnipotentiæ tuæ.
Per maieſtatem gloriæ tuæ,
Per multitudinem miſerationum tuarum,

Libera nos SS. Trinitas.

Per abundantiā bonitatis tuę,
Per magnitudinem charitatis tuæ,
Per abyſſum iudiciorũ tuorũ,
Per altitudinem ſapientiæ & ſcientiæ tuæ,
Per diuitias beatitudinis tuæ,
In die iudicij,

Libera nos SS. Trinitas.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.

Vt te Dñm Deum noſtrũ ador em⁹, & tibi ſoli ſeruiam⁹,
Vt nomen ſanctum tuum inuanum non aſſumamus,
Vt Eccleſiæ dies feſtos obſeruemus & ſanctificemus,
Vt parentes & ſuperiores noſtros obediendo & ſubue-

Te rogamus audi nos.

nien-

niendo honoremus, Te ro.
Vt neq; facto neq; consilio vllum occidam⁹ vel lędam⁹,
Vt nec mēte nec corpore turpia vnquā committamus,
Vt furtum non faciamus, nec quenquam cōtra iustitiam grauemus,
Vt contra proximum falsum testimonium vel mendacium nunquā loquamur,
Vt proximi bona nunquā cōcupiscam⁹, aut inuideam⁹,
Vt ex toto corde, & tota anima, & ex tota fortitudine te diligamus,
Vt proximum propter te, sicut

Te rogamus audi nos.

nos ipſos ſincere diligamus, Te rogamus audi nos.

Vt ad conſpectum gloriæ tuæ nos perducere digneris, Te rogamus audi nos.

Deus Genitor, Deus Genite, & Deus ex vtroq; procedens, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; Redde nobis Patrem propitium.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; Propitius eſto nobis peccatoribus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; Dona nobis Spiritum ſanctum.

O bea-

O beata Trinitas, audi nos.

O adoranda vnitas, exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum,

℟. Et laudabilis & glorioſus in ſecula.

℣. Benedictus es Domine in firmamento cœli,

℟. Et laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecula.

℣. Benedicant te omnes Angeli & ſancti tui,

℟. Et laudent & glorificẽt te in ſecula.

℣. Benedicant te cœli, terra, mare, & omnia, quæ in eiis ſunt,

℟. Et laudent te, & glorificent te in ſecula.

℣. Benedicamus Patrẽ & Filium cum ſancto Spiritu,
℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſecula.
℣. Domine exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis odorare vnitatem, quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis.

DEvs innocentię reſtitutor & amator, dirige ad te tuorum corda ſeruorũ, vt ſpiritus tui ferſ

uore cõcepto, & in fide inueniamur ſtabiles, & in opere efficaces.

OMnipotens ſempiterne Deus, da nobis fidei, ſpei & charitatis augmentum, & vt mereamur aſſequi, quod promittis, fac nos amare, quod præcipis.

LArgire, quæſumus Domine, fidelibus tuis indulgentiã placatus & pacem, vt pariter ob omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſeruiant.

OMnipotens ſempiterne Deus, infirmitatem noſtram propitus reſpice, atq; ad protegẽdum & ſaluandum nos, dexteram tuæ maieſtatis clemẽter extende.

Per

Per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

HYMNVS SANCTORVM AMBROSII ET AVguſtini, in laudem SS. Trinitatis.

TE Deum laudamus, te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli, tibi cœli & vniuersæ potestates.
Tibi Cherubim & Seraphim incessabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli & terra maiestatis gloriæ tuæ.
Te gloriosus Apostolorum chorus.
Te Prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum canditatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia,
Patrem immensæ maiestatis.
Venerandum tuum verum & vnicum Filium,
Sanctum quoq; paracletum Spiritum.
Tu Rex gloriæ Christe.

Tu Patris ſempiternus es Filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, nõ horruiſti Virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei ſedes in gloria Patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo queſumꝰ, tuis famulis ſubueni quos pretioſo ſanguine redemiſti.
Æterna fac cum Sanctis tuis gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum.
Per ſingulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.
Dignare Domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire.

Miſe-

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Dñe ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.

In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu,

℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula,

ORATIO.

PRoficiat nobis, quæſum⁹ Domine Deus, ad ſalutem mentis & corporis, tuę miſerationis operatio, & ſempiternæ ſanctæ Trinitatis, eiuſdemq́; indiuiduæ vnitatis confeſſio. Per Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum, &c.

AD DEIPARAM VIRGINEM.

ROgo te ſanctiſſima Dei genitrix Virgo Maria, Regina cœli, Domina mundi, & miſericordiæ Mater, ne clementes oculos tuos à me impuro & indigno peccatore auertas. Tuæ maternæ pietati cõmendo animam hanc immundam, multis magniſq; vitiorum ſordibus conſpurcatam, cui perfecta peccatorũ omnium remiſſio, & ſpiritualis renouatio, tuis precib⁹ quæſo impetretur. Cõmendo hoc corpus meũ, mundi carniſq; illecebris, hoſtiumq; inſidiis ac periculis expoſitum, nec

mul-

multò poſt futurum eſca vermium, vt mei ſenſus membraque omnia, te iuuante, ſecundùm rationem Deiq́; voluntatẽ ritè gubernentur. Cõmendo meam vocationem, ad quam rectè conficiendam, viua fide, ſpe firma, & flagranti charitate, aliisq́; virtutibus, te intercedente, diuinitus iuuer ac muniar. Cõmendo totam vitam ac finẽ vitæ meæ, quẽ morituro ſalutarem impetres. Commendo demum maternæ pietati tuæ cogitationes, intentiones, & affectiones meas, tum quæcunq; hodie, ac tota vita dictur9 & acturus ſum, vt per te ad Filij tui glo-

riam, meamq́; ac proximorum ſalutem, ſincere cuncta dirigantur. Adhæc aliaq́; omnia ſalutaria impetranda, tu benigna aduocata & miſericors mater eſſe digneris, vt viuens ac moriens te mihi ſemper patrocinantem & auxiliantem ſentiam, Amen.

OBſecro te Dña ſancta Maria, mater Dei, pietate pleniſſima, impetra mihi peccatori à dilecto Filio tuo Dño noſtro Ieſu Chriſto virtutũ omnium complementũ, & S. Spiritus gratiam. Is me per omnia bene diſponat, animam meam cuſtodiat, corpus regat ac protegat, mentem erigat

&

& illuminet, mores componat & dirigat, actus probet ac ſanctifi-cet, cogitationes ſanctas inſtituat præterita mala indulgeat: præſen-tia emendet, futura moderetur, vitam honeſtam & caſtam mihi tribuat, fidē, ſpem & charitatem præſtet; Articulos fidei firmiter credere, & pręcepta legis obſerua-re me faciat, ſenſus corporis mei regat & cuſtodiat, à peccatis mor-talibus me ſemper liberet & de-fendat vſque in finem, donec ad vitam æternam, tua interceſ-ſione, perducat, A-men.

ANTIPHONA AD B. VIRGINEM.

SVb tuum pręſidium confugimus ſancta Dei genitrix; noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa & benedicta.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix,
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORATIO.

PRotege Domine famulos tuos ſubſidiis pacis, & beatę Mariæ ſemper Virginis Patrociniis confidentes, à cunctis hoſtibus & periculis nos redde ſecuros. Per Chriſtum Dñm noſtrum, Amen.

LITANIÆ DE BEATA VIRGINE, IN AEDE Loretana dici ſolitæ.

KYRIE ELEISON.
Christe eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix,
Sancta virgo virginum,
Mater Christi,
Mater diuinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inuiolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Saluatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,

Ora pro nobis.

Vir-

Virgo fidelis,
Speculum iuſtitiæ,
Sedes ſapientiæ,
Cauſa noſtræ lætitiæ,
Vas ſpirituale,
Vas honorabile,
Vas inſigne deuotionis,
Roſa myſtica,
Turris Dauidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Ianua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Conſolatrix afflictorum,

Ora pro nobis.

Auxilium Chriſtianorum,
Regina Angelorum.
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apoſtolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confeſſorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorũ omnium,

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter. Aue Maria.
Et ne nos inducas, &c.

℣. Benedicta filia tu à Domino,
℟. Quia per te fructum vitæ communicauimus.
℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata
℟. Da mihi virtutē contra hoſtes tuos.
℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix,
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationē meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

Concede miſericors Deus fragilitati noſtræ præſidium, vt

qui ſanctæ Dei genitricis memoriam agimus, interceſſionis eius auxilio à noſtris iniquitatibus reſurgamus.

DEvs, qui illuminas omnem hominem venientẽ in hunc mundum, illumina, quæſumus, corda noſtra gratiæ tuæ ſplendore: vt dignè maieſtati tuæ miniſtrare: teq; æterna charitate diligere valeamus.

LArgire nobis, quęſumus Dñe, ſemper ſpiritũ cogitandi, quæ recta ſunt, propitius & agendi: vt qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundùm te viuere valeamus.

DEvs qui diligentibus te, facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inuiolabilē tui amoris affectum, vt desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari.

DEvs qui charitatis dona per gratiam S. Spiritus tuorum cordib⁹ fidelium infudisti, da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiā, salutem mentis & corporis: vt te toto corde diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per Dn̄m nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spi-

ritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat,
℣. Benedicam⁹ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

LITANIÆ BEATÆ MARIAE VIRGINIS, EX ſacra Scriptura.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miſerere nob.

Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.

Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix,
Sancta virgo virginum,
Mater viuentium,
Mater pulchræ dilectionis,
Mater ſanctæ ſpei,
Paradiſus voluptatis,
Lignum vitæ,
Domus ſapientiæ,
Porta cœli,
Deſideriũ collium æternorũ,

Ora pro nobis.

Ciui-

Ciuitas refugij,
Vrbs fortitudinis,
Vena vitæ,
Clypeus omnibus in te ſperantibus,
Gloria Hieruſalem,
Sanctuarium Dei,
Tabernaculum fœderis,
Tabernaculum Dei cum hominibus,
Propitiatorium altiſſimi,
Altare Thymiamatis,
Scala Iacob,
Arca reſtamenti,
Speculum ſine macula,
Virga Moyſis,
Virga Ieſſe,

Ora pro nobis.

Lilium inter ſpinas,
Rubus ardens incombuſtus,
Vellus Gedeonis,
Thronus Salomonis,
Turris eburnea,
Fauus diſtillans,
Hortus concluſus,
Fons ſignatus,
Puteus aquarum viuentium,
Nauis inſtitoris de longè portans panem,
Mulier amicta Sole,
Stella matutina,
Aurora conſurgens,
Pulchra vt Luna,
Electa vt Sol,
Caſtrorum acies ordinata,

Ora pro nobis.

Solium gloriæ Dei, Ora pro nob.
A cunctis periculis, Libera nos aduocata noſtra.
Per immaculatam conceptionem tuam,
Per ſanctam natiuitatem tuam,
Per venerabilem præſentationem tuam,
Per admirabilem annunciationem tuam,
Per mundiſſimam purificationem tuam,
Per glorioſam aſſumptionem tuam,
Libera nos Aduocata noſtra.
Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt veram pœnitentiã nobis impetra-

petrare digneris, Te rogamus audi nos,

Vt Ecclesiæ sanctæ, cunctoq; populo Christiano pacem & veram concordiam impetrare digneris,

Vt imperatori nostro de hostibus victoriam impetrare digneris,

Vt exercitum Catholicũ conseruare digneris,

Vt famulos tuos ad te confugientes protegere & conseruare digneris,

Vt fidei, spei, & charitatis augmentum nobis impetrare digneris,

Te rogamus audi nos

Vt mentis & corporis integrã puritatem nobis impetrare digneris,
Vt veræ humilitatis omniũq́; virtutum præſidia nobis impetrare digneris,
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam impetrare digneris,
Mater Dei,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.

Chri-

Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster. Aue Maria.
Et ne nos inducas, &c.

℣. Saluos fac seruos tuos,
℟. Deus meus, sperantes in te.
℣. Memor esto congregationis tuæ,
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Fiat pax in virtute tua,
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Protector noster aspice Deus,
℟. Et respice in faciem Christi tui.
℣. Ne auertas faciem tuam à nobis,
℟. Et ne declines in ira à seruis tuis.
℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix,
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

COncede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEfende quęſumus Domine, beata Maria ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiam, & toto corde tibi proſtratam, ab hoſtium propitius tuêre clementer inſidiis.

Omni-

OMnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulos tuos, & super populos & congregationes illis commissas spiritum gratiæ salutaris: & vt in veritate tibi placeant, perpetuæ eius rorẽ tuę benedictionis infunde.

DEvs largitor pacis & amator, charitatis, da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, quæ nos pulsant, tentationib⁹ liberemur.

PIetate tua, quæsumus Dñe, nostrorum solue vincula peccatorũ, & intercedente beata Dei genitrice Virgine Maria, cum o-

mnibus Sanctis tuis, nos famulos tuos, benefactores, atq; loca nostra, in omni sanctitate custodi, omnesq́; consanguinitate, affinitate & charitate nobis cõiunctos à vitiis purga: virtutibus illustra: pacem & salutẽ nobis tribue: hostes visibiles & inuisibiles remoue: carnalia desideria repelle: aërem salubrem & fertilitatẽ indulge: amicis & inimicis nostris charitatem largire: atq; prouinciam nostram, cum omnibus in ea habitantibus, ab omni peste, infideliumq́; feritate & potentia illęsam conserua: & omnibus fidelib⁹ viuis & defunctis, in terra viuen-

tium,

tium, vitam & requiem æternam concede: & Pontificẽ noſtrum, Epiſcopos, Imperatorem, Principes, & cunctum populum Chriſtianum ab omni aduerſitate cuſtodi, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

ALIÆ LITANIÆ AD B. V. MARIAM, DE VITA *& mysteriis eius.*

KYRIE ELEISON.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix,
Sancta virgo virginum,
S. Maria ab æterno ordinata,
S. Maria inter oẽs prȩelecta.
S. Maria Patribus cœlitus promissa.
S. Maria mysticis præfigurata miraculis,
S. Maria oraculis prænunciata Propheticis,
S. Maria sine peccato cõcepta
S. Maria lucerna inextincta,
S. Maria terra sacerdotalis immunis,
S. Maria regali ꝓgenie exorta,
S. Maria stella Iacob,
S. Maria in templo prȩsentata

Ora pro nobis.

San-

S. Maria vniuerſas filias ſupergreſſa,
S. Maria candelabrũ aureum,
S. Maria virgula fumi ex vniuerſis aromatibus.
S. Maria iuſto Ioſeph deſponſata.
S. Maria mons Dño in vertice montium præparatus,
S. Maria ab Angelo humiliter ſalutata,
S. Maria gratia plena,
S. Maria inter mulieres benedicta,
S. Maria S. Spiritu obũbrata,
S. Maria mulier circumdans virum,

Ora pro nobis.

S. Maria vas aureum cœleſte manna continens,
S. Maria quę Eliſabeth cognatam viſitaſti,
S. Maria terra germinans Saluatorem,
S. Maria virga florens Aaron,
S. Maria menſa panis propoſitionis,
S. Maria mons, de quo ſine manibus abſciſſus eſt lapis,
S. Maria à paſtoribus & Magis cum Filio inuenta,
S. Maria lege purificationis ſponte ſubiecta,
S. Maria Ægyptum cum Filio ingreſſa,

Ora pro nobis.

San-

S. Maria ex Ægypto in Nazareth reuerſa,
S. Maria cum Filio dulciter conuerſata,
S. Maria quæ Filium triduo quæſiuiſti,
S. Maria quæ Filium in templo inueniſti,
S. Maria deficiente in nuptiis vino, Filium deprecata,
S. Maria quæ ſtabas iuxta crucem Filij,
S. Maria virgini Ioanni commendata,
S. Maria doloris gladio transfixa,
S. Maria Filij reſurrectione ex-

Ora pro nobis.

hila-

hilarata, Ora pro nobis.
S. Maria in die Pentecoſtes Spiritu ſancto repleta,
S. Maria ſpiritualibus deliciis affluens,
S. Maria ſuper dilectum tuum innixa,
S. Maria ſuper choros Angelorum exaltata,
S. Maria duodecim ſtellis coronata,
S. Maria regina à dextris Filij adſtans,
S. Maria in veſtitu deaurato varietate circumdata,
S. Maria cuius pulchritudinē ſol & luna mirantur,

Ora pro nobis.

San-

S. Maria cuius vultum deprecantur oẽs diuites plebis,
S. Maria cunctis generationibus beatissima prędicata,
S. Maria aduocata nostra,
S. Maria Dei & hominum mediatrix,
S. Maria aquæ ductus cœlestium gratiarum,
S. Maria arca Noe salutaris,
S. Maria cunctas hæreses sola interimens,
S. Maria Domina Angelorũ,
S. Maria decus Patriarcharũ,
S. Maria vaticinium Prophetarum,
S. Maria præconium Apostolorum,

Ora pro nobis.

lorum, Ora pro nobis.
S. Maria cõfortatrix Martyrũ
S. Maria exemplar Confeſſorũ
S. Maria lumen Virginum,
S. Maria Regina Sanctorum omnium,

Ora pro nobis.

A cunctis periculis, Libera nos virgo glorioſa.
Ab omni malo,
Ab omni peccato,
A ſubitanea & improuiſa morte,
Ab inſidiis diaboli,
Ab ira, odio, & omni mala voluntate,
A ſpiritu fornicationis,
A morte perpetua,

Libera nos virgo glorioſa.

N Per

Per æternã prçelectionẽ tuam
Per immaculatam conceptionem tuam,
Per ſanctam natiuitatẽ tuam,
Per mellifluum nomen tuum,
Per cœleſtem in terris conuerſationem tuam,
Per puriſſimam deſponſationem tuam,
Per ſalutarem annunciationem tuam,
Per ſuperuenientis in te ſancti Spiritus obumbrationem,
Per humilẽ viſitationẽ tuam,
Per virgineum partum tuum,
Per intemeratam virginitatem tuam,

Libera nos virgo glorioſa.

Per mundissimam purificationem tuam,
Per gladium doloris, qui pertransiuit animam tuam,
Per gaudia resurrectionis Filij tui,
Per superefluentẽ in die Pentecostes gratię plenitudinẽ
Per admirabilem assumptionem tuam,
Per gloriosam coronationem tuam,
Per viscera misericordiæ tuæ,

Libera nos virgo gloriosa.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt indulgentiam & remissionem oĩm peccatorũ nostrorum nobis impetrare digneris, Te rog.

Vt per te Ecclesia sancta donis & gratiis cœlestib⁹ abũdet,
Vt congregationes tibi peculiari obsequio deuotas cõseruare & augere digneris,
Vt per cuncta secula mũda sit à peccatis cõscientia nostra
Vt per te gloriosam tuta sit ab omni periculo vita nostra,
Vt à subitanea & improuisa morte nos eripi obtineas,
Vt nos ab immundis cogitationibus, & dæmonũ tentationibus & illusionibus atque à damnatione perpetua liberari impetres,
Vt animas & corda nostra in

Te rogamus audi nos.

omni ſemper munditia, & puritate, ac pietate cõſerues
Vt nos, & parentes noſtri, fratres, & benefactores, tibi ſemper placeamus plena gratia,
Vt nobis, amicis & inimicis noſtris, humilitatẽ, pacem, & veram charitatem virgo pia impetres,
Vt in gratia & deuotione, virgo benigna, nos cõſtituas,
Vt Filio tuo, & tibi, nos ſeruire facias, & ſeruiamus cum caſtitatis lilio,
Vt oculos tuos miſericordes, ad nos aduocata noſtra cõ-

Te rogamus audi nos.

uertas, Te rogamus audi nos.
Vt fructu ventris tui nos frui facias, Te rogamus audi nos.
Vt preces noſtras attēdas, & vbera tua pro nobis Filio tuo oſtendas, Te rogamus audi nos.
Mater Dei, Maria clementiſſima, nos reſpice, Te rogamus.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.

Chri-

Christe eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter. Aue Maria.

Et ne nos inducas, &c.

℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata

℟. Da mihi virtutẽ contra hoſtes tuos.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis,

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti,

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

BEatæ & glorioſæ, ſemperque Virginis Mariæ, quæſumus Dñe interceſſio glorioſa nos ꝓtegat, & ad vitã perducat ęternam.

DEvs qui errantibus, vt in viam poſſint redire iuſtitiæ, veritatis tuæ lumē oſtendis, da cunctis qui Chriſtiana ꝓfeſſione cenſentur, & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini, & ea, quæ ſunt apta ſpectari.

DEvs auctor pacis & amator, quem noſſe viuere, cui ſeruire regnare eſt, ꝓtege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos, vt qui in defenſione tua confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus.

DEvs qui neminem in te ſperantem nimium affligi permittis, ſed pium precibus præſtas

audi-

auditum, pro postulationib⁹ nostris, votisq́; susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes, vt per tuam misericordiã, à cunctis semper mereamur eripi aduersis.

DEvs qui contritorum nõ despicis gemitũ, & męrentium non spernis affectum, adesto precibus nostris, quas tibi in tribulatione nostra effundimus, easque clemẽter exaudi, vt quicquid cõtra nos diabolicæ, atque humanæ moliuntur aduersitates, ad nihilũ redigatur, & consilio tuæ pietatis allidatur, quatenus nullis aduersitatibus lęsi, sed omni tribulatione & augustia erepti, in Ecclesia

tua tibi gratias referamus. Dimitte Domine peccata noſtra, & tribue nobis miſericordiam tuam, quam precamur, vt humilitatem noſtram attendas, vincula ſoluas, peccata deleas, tribulationem inſpicias, aduerſitatem repellas, effectumq́; petitionis noſtræ largiens ſupplices tuos clementer exaudias. Per Dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

℣. Domine exaudi orationē meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicam⁹ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

CAN-

CANTICVM SS. AMBROSII ET AVGVSTINI, A S. Bonauentura in laudẽ B. Virginis translatum.

TE matrem Dei laudamus.
Te Mariam virginem profitemur.
Te æterni Patris ſponſam omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli & Archangeli.
Tibi Throni & Principatus fideliter deſeruiunt.
Tibi omnes Poteſtates, & omnes Virtutes, Cœli cœlorum, & vniuerſæ Dominationes obediunt.
Tibi omnes Chori, tibi Cherubim & Seraphim exultantes aſſiſtunt.
Tibi omnis angelica creatura inceſſabili voce proclamat.
Sancta, Sancta, Sancta Maria Dei genitrix, Mater & Virgo.

Pleni ſunt cœli & terra maieſtatis gloriæ fructus ventris tui.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus, ſui Creatoris matrem collaudat.

Te beatorum Martyrum cætus candidatus, Chriſti genitricem glorificat.

Te glorioſus Confeſſorum exercitus, Trinitatis templum appellat.

Te ſanctarum Virginum chorea amabilis, virginitatis & humilitatis exemplum prædicat.

Te cœleſtis curia Reginam honorat.

Te per vniuerſum orbem, Eccleſia inuocando concelebrat.

Matrem diuinæ maieſtatis.

Venerandam te veram Regis cœleſtis puerperam, ſanctam quoq; dulcem & piam.

Tu Angelorum Domina, tu paradyſi ianua.

Tu ſcala regni cœleſtis & gloria, tu thalamus, tu archa pietatis & gratiæ.

Tu vena misericordię, tu sponsa & mater Regis æterni.

Tu templum & sacrarium Spiritus sancti, totius sanctissimę Trinitatis nobile triclinium.

Tu mediatrix Dei & hominum, amatrix mortalium.

Tu agonizatrix pugnantium, aduocata pauperũ, miseratrix & refugium peccatorum.

Tu erogatrix munerum, superatrix ac terror dæmonum & superborum.

Tu mundi Domina, cœli Regina, post Deum sola spes nostra.

Tu salus te inuocantium, portus naufragantium, miserorum solatium, pereuntium refugium.

Tu mater omnium Beatorũ, gaudium plenum post Deum, omnium supernorum Ciuium solatium.

Tu promotrix iustorum, congregatrix errantiũ, promissio Patriarcharum.

Tu veritas Prophetarum, præconium & doctrix Apostolorum, magistra Euangelistarum.

Tu fortitudo Martyrũ, exemplar Confessorũ, honor & festiuitas Virginũ.

Tu ad liberandum exulem hominem, Filium Dei suscepisti in vterum.

Per te, expugnato hoste antiquo, sunt aperta fidelibus regna cœlorum.

Tu cum Filio tuo sedes ad dexteram Patris.

Tu ipsum pro nobis roga Virgo Maria, quem nos ad iudicandum credimus esse venturum.

Te ergo quæsumus tuis famulis subueni, qui pretioso sanguine Filij tui redempti sumus.

Æterna fac, pia Virgo, cum Sanctis omnibus, nos gloria munerari.

Saluum fac populum tuum Dña, vt simus participes hæreditatis Filij tui.

Et rege nos, & custodi nos in æternum.

Per ſingulos dies, ô pia, te ſalutamus.
Et laudare cupimus vſque in æternum mente & voce.
Dignare, dulcis Maria, nunc & ſemper nos ſine delicto cuſtodire.
Miſerere pia nobis, miſerere nobis.
Fiat miſericordia tua magna nobiſcũ, quia in te, Virgo Maria, confidimus.
In te, ô dulcis Maria, ſperamus, defende nos in æternum.
Te, ô mater Dei, decet laus, imperium, virtus & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.
℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata,
℟. Da mihi virtutẽ contra hoſtes tuos.

ORATIO.

O Beata Virgo Maria, per te acceſſum habeamus ad Filiũ tuum, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te dat⁹ eſt nobis. Excuſet apud

Tu veritas Prophetarum, præconium & doctrix Apostolorum, magistra Euangelistarum.

Tu fortitudo Martyrũ, exemplar Confessorũ, honor & festiuitas Virginũ.

Tu ad liberandum exulem hominem, Filium Dei suscepisti in vterum.

Per te, expugnato hoste antiquo, sunt aperta fidelibus regna cœlorum.

Tu cum Filio tuo sedes ad dexteram Patris.

Tu ipsum pro nobis roga Virgo Maria, quem nos ad iudicandum credimus esse venturum.

Te ergo quæsumus tuis famulis subueni, qui pretioso sanguine Filij tui redempti sumus.

Æterna fac, pia Virgo, cum Sanctis omnibus, nos gloria munerari.

Saluum fac populum tuum Dña, vt simus participes hæreditatis Filij tui.

Et rege nos, & custodi nos in æternum.

Per

Per ſingulos dies, ô pia, te ſalutamus.
Et laudare cupimus vſque in æternum mente & voce.
Dignare, dulcis Maria, nunc & ſemper nos ſine delicto cuſtodire.
Miſerere pia nobis, miſerere nobis.
Fiat miſericordia tua magna nobiſcũ, quia in te, Virgo Maria, confidimus.
In te, ô dulcis Maria, ſperamus, defen de nos in æternum.
Te, ô mater Dei, decet laus, imperium, virtus & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.
℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata,
℟. Da mihi virtutẽ contra hoſtes tuos.

ORATIO.

O Beata Virgo Maria, per te acceſſum habeamus ad Filiũ tuum, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te dat⁹ eſt nobis. Excuſet apud

ipſum integritas tua, culpam noſtrę corruptionis, & humilitas tua Deo tam grata, noſtræ veniã impetret vanitati ac ſuperbiæ. Copioſa charitas tua, noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum. Et fæcunditas tua glorioſa, fæcunditatem nobis cõferat meritorum. O Domina noſtra, mediatrix noſtra, aduocata noſtra, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos repręſenta. Fac, ô benedicta, per gratiam, quam meruiſti, per miſericordiam, quam peperiſti, vt qui, te mediante, dignatus eſt fieri particeps infirmitatis & miſeriæ

noſtræ,

nostræ, te quoque intercedente, participes nos faciat beatitudinis & gloriæ suæ, IESVS Christus Filius tuus Dominus noster, qui est super omnia benedictus in secula, Amen.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES, CVM LItaniis, dicuntur flexis genibus.

Antiph. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniã conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo?

Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluũ me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos.

Discedite à me oẽs, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dñs deprecatienẽ meam: Dñs orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer oẽs inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 31.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputauit Dn̄s peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus in ærumna mea: dum configitur spina.

Delictum meum cognitū tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meā Dn̄o: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis Sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamē in diluuio aquarū multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meū à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mul9: quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui nõ approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantẽ autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Dño, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & cõfirmasti super me manũ tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniã iniquitates meę supergressę

sunt

ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quonim lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumẽ oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè ſte-

terunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Dñe ſperaui: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniã ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in cõſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatẽ meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt, & cõfir-

mati

mati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intende in adiutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 50.

MIſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram

te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis, & vincas, cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciē tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & Spiritu principali confirma me.

Doce-

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinib⁹ Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificiũ dediſsẽ vtiq;: holocauſtis nõ delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatũ Deus non deſpicies.

Benignè fac Dñe in bona voluntate tua Sion: vt ædificẽtur muri Hieruſalẽ.

Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: in

quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt.

Percuſſus ſum vt fœnũ, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panẽ manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie irę & indignationis tuę: quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerũt: & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.

Tu exurgens Domine misereberis Sion: quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Dñe: & omnes reges terrę gloriã tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto

ſuo: Dñs de cœlo in terram aſpexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Hieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: & Reges vt ſeruiant Domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuę: paucitatem dierum meorũ nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationẽ & generationem anni tui.

Initiò tu Dñe terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Ipſi peribunt, tu autẽ permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſeculum dirigetur.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocẽ meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominũ miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus inquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam, aurib⁹ percipe obſecrationẽ meã: in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animã meam: humiliauit in terra vitã meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatũ eſt cor meũ.

Memor fui dierum antiquorũ, meditatus ſum in omnib⁹ operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine,

ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Dñe viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animã meam: & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parẽtum nostrorũ: neque vindictam sumas de peccatis nostris. Parce Domine, parce populo tuo, quẽ redemisti pretioso sanguine tuo, ne in æternum irascaris nobis.

LITANIÆ AD OMNES SANCTOS.

KYRIE ELEISON.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, Ora pro no.

San-

Sancta Virgo Virginũ, Ora pro.
Sancte Michaël, Ora pro nobis.
Sancte Gabriël, Ora pro nobis.
Sancte Raphaël, Ora pro nobis.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum Spiritu-um Ordines, Orate pro nob.
Sancte Ioannes Baptiſta, Ora ꝓ.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate pro nobis.
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Iacobe,
Sancte Ioannes,
Sancte Thoma,
Ora pro nobis.

Sanɫte Iacobe,
Sanɫte Philippe,
Sanɫte Bartholomęe,
Sanɫte Matthęe,
Sanɫte Simon,
Sanɫte Thadęe,
Sanɫte Matthia,
Sanɫte Barnaba,
Sanɫte Luca,
Sanɫte Marce,

Ora pro nobis.

Omnes ſanɫti Apoſtoli & Euangeliſtæ, Orate pro nobis.

Omnes ſanɫti Diſcipuli Domini, Orate pro nobis.

Omnes ſanɫti Innocentes, Orate pro nobis.

Sanɫte Stephane, Ora pro nob.

San-

Sancte Laurenti, Ora pro nobis.
Sancte Vincenti, Ora pro nob.
Sancti Fabiane & Sebaſtiane, Orate pro nobis.
Sancti Ioannes & Paule, Orate p.
Sancti Coſma & Damiane, Orate.
Sancti Geruaſi & Prothaſi, Orat.
Omnes ſancti Martyres, Orate.
Sancte Sylueſter,
Sancte Gregori,
Sancte Ambroſi,
Sancte Auguſtine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
Ora pro nobis.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, Orate pro nobis,

Omnes ſancti Doctores, Orate.
Sancte Antoni, Ora pro nobis.
Sancte Benedicte, Ora pro nob.
Sancte Bernarde, Ora pro nob.
Sancte Dominice, Ora pro nob.
Sancte Franciſce, Ora pro nob.
Omnes ſancti Sacerdotes & Læuitæ, Orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, Orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anaſtaſia,
Ora pro nobis.

Om-

Omnes ſanctę Virgines & Viduę, Orate pro nobis.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Dñe.

Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.

Ab omni malo, Libera nos Dñe.

Ab omni peccato,
Ab ira tua,
A ſubitanea & improuiſa morte,
Ab inſidiis diaboli,
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,
A ſpiritu fornicationis,
A fulgure & tempeſtate,
A morte perpetua,

Libera nos Domine.

Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ.
Per aduentum tuum,
Per natiuitatem tuam,
Per baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum,
Per crucem & paſſionẽ tuam,
Per mortẽ & ſepulturã tuam,
Per ſanctã reſurrectionẽ tuam
Per admirabilẽ aſcenſionem tuam,
Per aduentum Spiritus ſancti paracliti,
In die iudicij,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogamus au.
Vt nobis indulgeas, Te rogamus.

Vt ad veram pœnitiã nos perducere digneris.
Vt Ecclesiam tuam sanctã regere & cõseruare digneris.
Vt domnum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,
Vt Regib⁹ & Principibus Christinis pacem & veram concordiam donare digneris,
Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatem largiri digneris,
Vt nosmetipsos in tuo sancto

Te rogamus audi nos.

ſeruitio confortare & conſeruare digneris,

Vt mentes noſtras ad cœleſtia deſideria erigas,

Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas,

Vt animas noſtras, fratrũ, propinquorum & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias,

Vt fructus terræ dare & conſeruare digneris,

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris,

Vt nos exaudire digneris,

Te rogamus audi nos.

Fili

Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster. Et ne nos, &c.

Psalmus 69.

DEvs in adiutorium meũ intende: Domine ad adiuuandũ me festina.
Confundantur & reuereantur: qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsũ, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcẽtes: qui dicunt mihi euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper, magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, & Filio, &c.

℣. Saluos fac ſeruos tuos,

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis Dñe turris fortitudinis,

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis,

℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis.

℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis.

℟. Neq; ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice noſtro N.

℟. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatũ faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

℣. Oremus pro benefactorib⁹ noſtris,

℟. Retribuere dignare Dñe omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, Amen.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis Dñe, & lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace, ℟. Amen.

℣. Pro fratribus noſtris abſentibus,

℟. Saluos fac ſeruos tuos Deus meus ſperantes in te.

℣. Mitte eius Dñe auxilium de ſancto,

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORE-

OREMVS.

DEvs, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationẽ noſtram: vt nos & oẽs famulos tuos, quos delictorum catena cõſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat.

EXaudi, quæſumus Dñe, ſupplicum preces, & confitentiũ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis Dñe miſericordiam tuam clemẽter oſtende: vt ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEvs, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis, propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pōtifici noſtro N. & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEvs, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem:

vt & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum Domine: tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor animabus famulorũ, famularumq́; tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorũ: vt indulgentiam, quã ſemper optauerunt piis ſupplicationibus conſequantur.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando prę ueni,

&

& adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cepta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorũ dominaris simul & mortuorũ, omniũq; misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prę noscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuę clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur.

Per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicam⁹ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

ORATIO PRÆPARATORIA AD CONfeßionem.

Conditor cœli & terræ, Rex regum, & Domine dominãtium, qui me de nihilo creaſti ad

imagi-

imaginē & ſimilitudinē tuam, & me ꝓprio tuo ſanguine redemiſti quem ego miſer peccator nō ſum dignus nominare, nec corde cogitare; nihilomin⁹ oppreſſus multitudine peccatorū meorum, quę ſemper clamant contra me. Te ſuppliciter deprecor, & humiliter exoro, vt clementer reſpicias me ſeruum tuum nequam. Et miſerere mei, qui miſertus fuiſti mulieri Chananęæ, & Marię Magdalenę: qui pepercisti publicano, & latroni in cruce pendenti. Confiteor tibi Pater æterne, me non ſolum iam inde à pueritia, ſed etiam ab vltima confeſſione, ignoranter ac

ſcienter diuinã tuam maieſtatem ſæpè offendiſſe, meamq́; animam indignis modis turpiter conſpurcaſſe. Frequenter tua diuina & Eccleſię tuę pręcepta violaui; à mortalibus peccatis, & operibus carnis, quæ damnant animam, non abſtinui; in aliena etiam peccata conſenſi; in tuo cultu torpidus & frigidus fui; proximos ſępenumero læſi, & contra iuſtitiã grauaui: ad peccandũ multos incitaui. Ah quoties cogitatione, ſermone ac opere, clam palãq́; deliqui, vtpote ſtultus, improuid⁹, vanus, ſuperb⁹, petulans, diuini tui amoris & timoris expers, mundo carniq́; de-

ditus,

ditus, atq; ad oẽm cupiditatem ac voluptatẽ pręceps; ab his, q̃ tu facere aut vitare iubes, alien⁹, Chriſtianæ vocationis oblitus, rebuſq; terrenis addict⁹, peccatis me plurimis ac maximis contaminaui, q̃ oĩa cõfiteor tibi Pater piiſſime, & rogo per viſcera miſericordię tuę, vt dimittas mihi oĩa peccata mea, q̃ ego miſer peccator, cogitatione verbo, opere vnquã peccaui, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Tu es Creator meus, & Redẽptor meus. Dñs me⁹, & Deus meus: ſpes mea, & fortitudo mea: vita mea, ſal⁹ mea, & reſurrectio mea. Te depcor & rogo, adiuua me, &


uus ero: ſana animã meam, quia peccaui tibi; abſolue & laua me à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Domine ne deſpicias me confugientem ad te, quia ſeruus tuus ſum, quamuis malus & ingratus, vilis & immundus ſum, mũda & purifica me, ô Mundator cordium; cæcus ſum, illumina me, qui ſolus illuminas oẽm hominẽ venientẽ hunc mundũ: infirmus & vlceribus plenus ſum, ſana me ô Curator vulnerũ: mortuus & ſepultus ſum, reſuſcita me, vita & reſurrectio mea. Maior eſt miſericordia tua, quàm iniquitas mea: maior eſt pietas tua, quàm

ſit impietas mea: plus poteſt parcere, quàm ego peccator peccare. Non ergo deſpicias me Domine, neq; attendas multitudinem iniquitatum mearũ, ſed ſecundùm multitudinem miſerationũ tuarum miſerere mei, & ꝓpitius eſto mihi maximo peccatori: cõuerte me ad te, ô piiſſime IESVS, & noli iraſci contra me, propter miſericordiam tuam ſupplico & exoro, vt des mihi veram pœnitentiam, magnam cordis cõpunctionem & contritionẽ, puram confeſſionem, & dignam ſatisfactionem. Qui cum Patre & S. Spiritu viuis & regnas in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

ACTVS CONTRITIONIS AD REMISSIONEM PECcatorum obtinendam in forma orationis.

DOmine Ieſu Chriſte, verus Deus & homo, Creator ac Redemptor meus, pœnitet me ex toto corde, quòd offenderim te Dn̄m meum & Deum meũ, quẽ amo ſuper omnia, & propono firmiter amplius non peccare, omneſq; peccandi occaſiones deuitare, confiteri, & implere pœnitentiam, quæ mihi fuerit iniuncta. Et in ſatisfactionẽ omnium peccatorum meorum, offero tibi paſſionem ac mortem tuam, me-

rita B. Mariæ Virginis, & omniũ Sanctorum tuorũ, ac omnia opera, totamq́; vitam meam. Et confido in bonitate ac miſericordia tua infinita, quod per merita pretioſi ſanguinis ac mortis tuæ, mihi remiſſurus ſis omnia peccata mea. Peto deniq; gratiam tuam abundantẽ & efficacem, qua vitam ſanctè inſtituere, tibiq; in finem vſq; perfectè ſeruire valeam. Qui in Trinitate perfecta viuis ac regnas Deus in ſecula benedictus, Amen.



ORATIO ANTE CONFESSIONEM SACRAMENTALEM.

SVſcipe confeſſionem meam, piiſſime ac clementiſſime Domine Ieſu Chriſte, & da mihi, obſecro, contritionem cordis, & lachrymas oculis meis, vt defleam diebus ac noctibus oẽs negligentias & peccata mea cum humilitate & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conſpectu tuo Domine. Si iratus fueris contra me, quis miſerebitur iniquitatibus meis? Memento mei Dñe, qui publicanum vocaſti ad pœnitentiam, & Petrũ lachrymantem

ſuſce-

ſuſcepiſti. Domine Deus meus, ſuſcipe preces meas. Saluator mũdi, bone IESV, qui te crucis morti dediſti, vt peccatores ſaluos faceres, reſpice me miſerum peccatorem, inuocantẽ nomen ſanctum tuum, & noli ſic attendere malũ meũ, vt obliuiſcaris bonũ tuum; & ſi ego cõmiſi, vnde me damnare potes, tu non amiſiſti, vnde ſaluare ſoles. Parce ergo mihi miſericors Saluator meus, & miſerere peccatrici animæ meæ. Emitte, piiſſime Domine, meritis puriſſimæ & immaculatę ſemper Virginis genitricis tuę Marię, & omniũ Sanctorum tuorũ, lucem tuam &

veritatem tuam, in animā meam, quæ omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, quos me cōfiteri oportet, atque iuuet ac doceat eos corde contrito, & spiritu humiliato plenè explicare. Qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen.

ORATIO POST CONFESSIONEM.

O Benignissime IESV, sit tibi, obsecro, meritis beatę Mariæ Virginis, & omniū Sanctorū, grata & accepta ista cōfessio mea: & quicquid mihi defuit nunc & alias de sufficientia cōtritionis, de

puritate & integritate confeſſionis, ſuppleat pietas & miſericordia tua, & ſecundùm illam digneris me habere plenius & perfectiꝰ abſolutum in cœlo. Qui viuis & regnas Saluator meus in ęternum benedictus, Amen.

OBLATIO PASSIONIS CHRISTI.

IMmenſæ bonitati tuæ gratias ago, Pater æterne, idemq́; ſumme amator hominum Deus, qui vt nos perditos redimeres, & à pęnis perpetuis liberares, innocentiſſimũ Filium tuũ pænis immaniſſimis & morti acerbiſſimæ vl-

trò tradidiſti. O charitas, ô pietas incomprehenſibilis: immaculatum illum agnum, quo nihil erat ſanctius ac perfecti⁹ nobis donari & excruciari, vt mortem noſtram moriendo deſtrueret, & verã vitam nobis reſurgendo repararet. Offerimus ergo tibi, Pater clemẽtiſſime, hunc Filium chariſſimũ, hunc Sacerdotem & Pontificem Summum, hunc Paſtorem optimum atq; fideliſſimũ, qui ſeſe pro nobis tradidit oblationem & hoſtiam in odorem ſuauitatis. Per illum vnicum mundi Propitiatorem, charitati tuæ gratias perpetuas debemus & agimus: propter

illum remiſſionem peccatorum, & gratiam omnem petimus, ac ſperamus, quoniam ille factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio: ipſius liuore ſanati ſumus: ipſe pro peccatis noſtris, ac totius mundi, vera & efficax eſt ꝓpitiatio. Oramus ergo, Pater æterne, vt chariſſimi Filij tui, & Mediatoris noſtri, ſacrificium in cruce oblatũ, quo nihil tibi gratius, & nobis vtilius eſſe poteſt, clementer admittas, & pro noſtra ſatisfactione benignè ſuſcipias. Illius lachrymas, gemitus & clamorẽ: illius vincula, flagella, ſpinas, & vulnera: illius crucem,

cem, ſanguinem & mortem: offerimus tibi, vt animis noſtris, quãlibet impuris & ſauciis, medicinã præbeant ſalutarẽ. Atq; vt verum ſanctiſſimæ paſſionis huius fructum percipiamus, ritèq; tanto mediatore gloriemur, illam concede gratiam, quæ iuſtificandis & ſaluandis omnibus eſt neceſſaria, nimirum, vt non ſolum Redemptoris noſtri meritis ac promiſſis fidamus, verum etiam, vt præceptis eius ſemper obediamus, & exemplis ac veſtigiis eius vſque in finem fideliter inſiſtamus. Per eundem Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, Amen.

ORA-

ORATIO ANTE SANCTAM COMMVNIOnem.

AD menſam dulciſſimi conuiuij tui, pie Dñe Ieſu Chriſte, ego peccator, de propriis meritis nihil pręſumens, ſed de tua confidens miſericordia & bonitate, accedere vereor, & contremiſco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentem & linguam nõ cautè cuſtoditam. Ergo, ô pia Deitas, ô tremẽda maieſtas, ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordiæ recurro, ad te feſtino ſanandus: ſub tuam protectionem

fugio:

fugio: & quem iudicem ſuſtinere nequeo, ſaluatorem habere ſuſpiro. Tibi Dñe plagas meas oſtendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero miſericordias tuas, quarũ non eſt numerus. Reſpice in me oculis miſericordiæ tuæ, Dñe Ieſu Chriſte, Rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me ſperantem in te: miſerere mei, pleni miſeriis & peccatis: tu qui fontẽ miſerationis nunquam manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima, pro me, & omni humano genere in patibulo crucis ob-

lata.

lata. Salue nobilis & pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Dñi mei Iesu Christi profluens, & peccata toti⁹ mundi abluens. Recordare Dñe creaturę tuæ, quam tuo sanguine redemisti: pœnitet me peccasse; cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, clementissime Pater, omnes iniquitates, & peccata mea: vt purificat⁹ mente & corpore, dignè degustare merear sancta sanctorum: & concede, vt sancta prælibatio corporis & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogi-

tationum effugatio, bonorumq́; sensuũ regeneratio, operumq́; tibi placentium salubris efficacia, animæ quoq; & corporis, contra inimicorũ meorum insidias, firmissima tuitio, Amen.

ALIA ORATIO SANCTI THOMAE AQVINAtis ante cõmunionem.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramẽtum vnigeniti Filij tui, Dñi nostri Iesu Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Do-

minum

minum cœli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuę abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fœditatem, illuminare cæcitatẽ, ditare paupertatẽ, vestire nuditatẽ: vt te panẽ Angelorũ, Regem regum, Dñm dominantium, tanta suscipiã reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali ꝓposito & intẽtione, sicut expedit saluti animę meæ. Da mihi, quæso, Dominici corporis & sanguinis non solum suscipere Sacramentũ, sed etiam rem & virtutẽ Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vni-

geniti Filij tui, Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, cõcede mihi, dilectum Filium tuum, quem nunc velatũ in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum viuit & regnat, &c.

ORATIO S. THOMÆ AQVINATIS POST COMmunionem.

GRatias tibi ago, Dñe sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorẽ, indignũ

famu-

famulum tuum, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordię tuę, ſatiare dignat⁹ es pretioſo corpore & ſanguine Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Et deprecor, vt hæc ſancta cõmunio non ſit mihi reatus ad pœnã, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorũ euacuatio, cõcupiſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patientię humilitatis & obedientię augmẽtatio, cõtra inſidias inimicorum omnium, tàm viſibilium, quàm inuiſibilium, firma defenſio, motuum meorum, tàm carnalium,

quàm ſpiritualiũ, perfecta quietatio, in te vno ac vero Deo firma adhæſio, atq; mei finis felix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile cõuiuium me peccatorẽ perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, Sanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternũ, iucunditas cõſummata, & felicitas perfecta. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

ALIA ORATIO S. BONAVENTVRAE POST COMmunionem.

TRansfige, dulciſſime Domine IESV, medullas & viſcera

animæ

animæ meæ, ſuauiſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera ſerenaq́; & Apoſtolica ſanctiſſima charitate, vt lãgueat & liquefiat anima mea ſolo ſemper amore & deſiderio tui: te concupiſcat, & deficiat in atria tua: cupiat diſſolui, & eſſe tecum. Da, vt anima mea te eſuriat, panẽ Angelorum, refectionem animarũ ſanctarum, panem noſtrum quotidianũ, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem & ſaporem, & omne delectamentum ſuauitatis: te, in quẽ deſiderant Angeli proſpicere, ſemper eſuriat & comedat cor meũ, & dulcedine ſaporis tui

repleantur viſcera animæ meæ: te ſemper ſitiat fontem vitę, fontem ſapientię & ſcientię, fontem ęterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te ſemper ambiat, te quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te pueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudẽ & gloriam nominis tui, cum humilitate & diſcretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perſeuerantia vſq; in finem: & tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudiũ meum, quies & tranquillitas mea,

pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meũ, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, theſaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor meum, Amen.

ALIA ORATIO POST COMMMVNIONEM.

INeffabilem miſericordiã tuam, Domine Ieſu Chriſte, humiliter exoro, vt hoc Sacramentum corporis & ſanguinis tui, quod indignus ſuſcepi, ſit mihi purgatio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium,

ſit contra mundi pericula firmamentum, ſit impetratio veniæ, ſit ſtabilimentum gratię, ſit medicina vitæ, ſit memoria tuæ paſſionis, ſit cõtra debilitatem fomentum, ſit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, reuertentem me ſuſcipiat, titubantẽ me teneat cadentẽ me erigat, & perſeuerantem me in gloriam introducat. O altiſſime Deus, beatiſſima pręſentia corporis & ſanguinis tui ſic immutet palatum cordis mei, vt præter te nullam vnquam ſentiat dulcedinẽ, nullam amet pulchritudinẽ, nullum quærat illicitum

amorem, nullam desideret consolationem, nullam admittat vnquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

ALIA ORATIO POST COMMVNIONEM.

OBsecro te, dulcissime Dñe IESV, per virtutem pretiosi corporis & sanguinis tui, quæ accepi, licet indignus, cõcede mihi Spiritus tui feruorem, amoris tui dulcedinem, fraternæ dilectionis

ſinceritatẽ; in tentationibus fortitudinẽ, in aduerſitatibus patientiam, in proſperis humilitatem: in corde puritatẽ, in verbis prudentiam, in actionibus rectitudinem, in moribus ſimplicitatẽ, & in tuo ſancto ſeruitio perſeuerantiam, vt meæ vocationi ſatisfaciam, in tuo ſancto amore iugiter creſcam, in virtutibus continuò proficiã, mihi mundoq́; moriar, ac tibi ſoli viuam, & inter Sanctos ac Electos tuos in cœleſti gloria cõnumerari merear, te præſtante, IESV benigniſſime, quẽ cum Patre & S. Spiritu decet oĩs laus, honor, gloria & imperiũ in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

LITANIÆ DE VENERABILI SACRAMENTO.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miſerere nob.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Panis Angelorũ, Miſerere nobis.
Panis viuus de cœlo deſcendens, Miſerere nobis.

Panis

Panis omne delectamẽtum & ſaporis ſuauitatẽ continens
Panis datus pro mundi vita,
Panis pinguis & delitiæ regũ,
Panis vitæ & intellectus,
Panis verus nos confortans,
Deus abſconditus & Saluator,
Cuius Spiritꝰ ſuper mel dulcis,
Cuius conuictus habet lætitiam & gaudium,
Cuius hęreditas ſuper mel & fauum,
De cuius plenitudine nos omnes accipimus,
In quem cor & caro noſtra exultant,
In quo oĩs ſpes vitę & virtutis,

Miſerere nobis.

In quo omnis gratia vitæ & veritatis.
Manna abſconditum.
Scrinium amoris,
Fructus arboris pulcherrimæ,
Frumentum electorum,
Fons dulcoris & gratiæ,
Vena vitæ,
Petra melle ſcaturiens,
Vbertas domus Dei,
Torrens voluptatis,
Pharmacum immortalitatis,
Fructus vitæ perpetuæ,
Hoſtia ſancta,
Gemma pretioſa,
Margaritta abſcondita,
Agnus abſq; macula,

Miſerere nobis.

Spiri-

Spiritalis dulcedo in proprio fonte deguſtata,
Armarium perfectionis,
Diuinæ affluentia largitatis,
Vinculum pacis & charitatis,
Refectio animarũ ſanctarum,
Theſaurus fidelium,
Propitiatio peccatorum,
Solatium afflictorum,
Cibus eſurientium,
Medicina infirmorum,
Viaticum morientium,
Pignus futuræ gloriæ,

Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.
Ab indigna corporis & ſanguinis tui ſuſceptione, Libera nos Do.

A con-

A concupiſcentia carnis,
A concupiſcentia oculorum,
A ſuperbia vitæ,
Ab omni peccandi occaſione
Per deſiderium illud, quo hoc paſca cum Diſcipulis manducare deſideraſti,
Per ſummam humilitatē, qua Diſcipulorū pedes lauiſti,
Per ardentiſſimam charitatē, qua hoc diuinū Sacramentum inſtituiſti,
Per ſanguinē tuum pretioſum quē nobis in altari reliquiſti,
Per quinque vulnera huius tui corporis ſacratiſſimi, quæ pro nobis ſuſcepiſti,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogamus audi nos
Vt nobis fidem, reuerentiam & deuotionẽ huius admirabilis Sacramenti augere & conſeruare digneris,
Vt à morte peccati ad vitam perpetuam nos reſuſcitare digneris,
Vt quicquid in nobis vitioſũ eſt, mortificare & eradicare digneris,
Vt nos in tua gratia confirmare & confortare digneris,
Vt nos à peccatis & malis vniuerſis pręſeruare digneris,
Vt nos contra omnes inimicorum inſidias munire &

Te rogamus audi nos.

prote-

protegere digneris, Te rog.
Vt tua in nobis dona multiplicare & augere digneris,
Vt mentes noſtras gratia tuæ viſitationis illuſtrare & purificare digneris,
Vt nos in te ſemper delectari & gaudere concedas,
Vt ignem tui amoris in nobis accendere digneris,
Vt animas noſtras pinguedine tuæ dilectionis implere digneris,
Vt nos in te transformare digneris,
Vt vinculo charitatis perpetuæ nos tibi vnire digneris,

Te rogamus audi nos

Vt in hora mortis noſtrę hoc cœleſti viatico nos confortare & munire digneris, Te rogam.

Vt ad cęnam vitę ęternę nos perducere digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Memoriam fecit mirabiliũ ſuorum miſericors & miſerator Dominus,

℟. Eſcam dedit timentibus ſe.

℣. Panẽ de cœlo prȩſtitiſti nobis Dñe,

℟. Omne delectamentũ in ſe habentẽ.

℣. Ex altari tuo Dñe Chriſtũ ſumimus

℟. In quẽ cor & caro noſtra exultant.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DOmine Ieſu Chriſte Fili Dei viui, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu ſancto, per mortem tuam mundum viuificaſti, libera nos per tremendũ corporis & ſanguinis tui Sacramentũ ab omnibus iniquitatibus noſtris

& vniuersis malis, & fac nos tuis inhærere mandatis, & à te nunquam separari permittas.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & animarum nostrarũ medere languoribus, vt remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur.

DEvs qui nobis sub Sacramẽto mirabili passionis tuę memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus.

DEvs qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, in-

funde cordibus noſtris tui amoris affectũ, vt te in omnibus & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur.

DEvs, qui nos ad imaginem tuã Sacramentis renouas & præceptis, perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis, & charitatis tuæ donũ, quod feciſti à nobis ſperari, per tuam clementiam efficaciter facias apprehendi. Per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

℣. Domine exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicam⁹ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fideliũ animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace, ℟. Amẽ.

PARADIGMA LITANIARVM AD SANCTOS Patronos.

QVILIBET ACCIPIAT ſuos Patronos.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spirit⁹ ſancte De⁹, Miſerere nob.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.

San-

Sancta Maria mater Dei, Ora pro nobis.
Sancte Michaël, Ora pro nob.
Omnes ſancti beatorũ ſpirituum ordines, Orate pro nob.
Sancte Ioannes Baptiſta, Ora ꝑ.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate pro nobis.
Sancte Petre, Ora pro nobis.
Sancte Paule, Ora pro nobis.
Sancte Andrea, Ora pro nobis.
Sancte Ioannes, Ora pro nobis.
Omnes ſancti Apoſtoli, Euangeliſtę, & Diſcipuli Dñi, Orate ꝑ.
Sancte Stephane, Ora pro nob.
Sancti Laurenti, Ora pro nob.
Sancte Sebaſtiane, Ora pro nob.

Sancte Georgi, Ora pro nob.
Omnes ſancti Martyres, Orate ꝑ.
Sancte Auguſtine, Ora pro nob.
Sancte Hieronyme, Ora pro no.
Sancte Martine, Ora pro nob.
Sancte Nicolae, Ora pro nob.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, Orate pro nobis.
Sancte Antoni. Ora pro nob.
Sancte Bernarde, Ora pro nob.
Sancte Dominice, Ora pro nob.
Sancte Franciſce, Ora pro nob.
Omnes ſancti Sacerdotes, Monachi & Eremitæ, Orate pro.
Sancta Maria Magdalena, Ora ꝑ.
Sancta Anna, Ora pro nob.
Sancta Catharina, Ora pro nob.

Sancta Barbara, Ora pro nob.
Omnes Sanctæ Virgines & Viduæ, Orate pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omnibus periculis animæ & corporis,
A mala & æterna morte,
Per viſcera miſericordiæ tuæ,
Per dulcedinẽ bonitatis tuæ,
Per immenſam charitatem tuam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamꝰ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

LITANIÆ AD SANCTOS MILITES TEMpore belli.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chiriſte exaudi nos.

Pater de cœlis De⁹, Miſerere nob.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Sancta Maria terribilis vt caſtrorum acies, Ora pro nobis.
Sancte Michael Archangele,
Sancte Ioſue
Sancte Gedeon,
Sancte Dauid,
Sancte Alexander,
Sancte Theodore,
Sancte Georgi,
Sancte Floriane,
Ora pro nobis.

San-

Sancte Mercuri,	Ora pro nobis.
Sancte Victor,	
Sancte Quirine,	
Sancte Exuberi,	
Sancte Marcelle,	
Sancte Vitalis,	
Sancte Gallicane,	
Sancte Arſaci,	
Sancte Iuliane,	
Sancte Romane,	
Sancte Ferreole,	
Sancte Adiutor,	
Sancte longine,	
Sancte Nicoſtrate,	
Sancte Vrſe,	
Sancte Anaſtaſi,	
Sancte Modeſte,	

Sancte Achati cum ſociis,
Sancte Caſtule cum ſociis,
Sancte Gereon cum ſociis,
Sancte Eudoxi cum ſociis,
Sancte Calliſtrate cum ſociis,
Sancte Theodoſi cum ſociis, } Ora pro nobis.

Sancti Cyrion & Candide cum ſociis, Orate pro nobis,
Sancte Gregori & omnes Mauri milites, Orate pro nobis.
Sancte Mauriti & omnes Thebæi milites, Orate pro nobis.
Omnes ſancti Milites, Orate p.
Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato, Libera nos.

Ab

Ab imminentibus peccatorũ pænis & periculis, A bello & clade, Ab omni rebellione & ſeditione, Ab omni proditione & perfidia, Ab omni tyrannide & crudelitate, Ab omni periurio & blaſphemia, A iugo Turcico & poteſtate infidelium, Ab inſidiis inimicorum oĩm. A ſubitanea & improuiſa morte. A damnatione perpetua,	Libera nos Domine.

Per virtutem dexteræ tuæ,
Per gladium fortitudinis tuæ,
Per potentiam brachij tui,
Per robur frameæ tuæ,
Per ſalutem arcus tui,
Per ſcutum veritatis tuæ,
Per adiutorium protectionis tuæ,
Per merita & interceſſiones ſanctorũ Militum tuorũ,
In die iræ & calamitatis,
In die Iudicij,

} Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogamus.
Vt ſpatium veræ pœnitentiæ nobis concedas, Te rogamus.
Vt Principibus Catholicis de ho-

ſtibus

ſtibus triumphare cõcedas
Vt Principibꝰ Chriſtianis pacem & potentiam largiri digneris,
Vt hoſtium noſtrorum conſilia diſſipare, & ad nihilum redigere digneris,
Vt omnibus pro Eccleſia tua pugnantibus ſuccurrere digneris,
Te rogamus audi nos.
Vt omnibus fidelibus in bello occumbentibus requiem æternam donare digneris, Te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris, Te rogamus andi nos.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Conuertere Domine vſquequò,

℟. Et deprecabilis eſto ſup̃ ſeruos tuos

℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos,

℟. Quemadmodum ſperauimus in te.

℣. Domine ſaluum fac N. noſtrum,

℟. Et

℟. Et exaudi nos in die, qua inuocaue-rimus te.

℣. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ,

℟. Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum.

℣. Fiat pax in virtute tua,

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis in bello,

℟. Requiem æternam dona eis Dñe, & lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace, ℟. Amen.

℣. Pro fratribus noſtris abſentibus,

℟. Saluos fac ſeruos tuos Deus meus ſperantes in te.

℣. Pro afflictis & captiuis,

℟. Libera eos Deus Iſraël ex omnibus anguſtiis ſuis.

℣. Mitte eis Dñe auxilium de ſancto,

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, cuius iudicio vniuerſa fundantur, reſpice ꝓpitius ad preces noſtras, & famulum tuum N. benigna pietate cuſtodi, populumq́; tuum ab omni bellorũ nequitia defẽde, vt Chriſtiana plebs quæ te gubernatur auctore, credulitatis & perfectę charitatis meritis augeatur.

EXaudi preces noſtras miſericors Deus, & omnes tibi ſincerè famulantes ab omnib⁹ eripe inimicorum inſidiis, atq́; à bello-

rum

rum defende nequitiis, vt in protectionis tuæ securitate cõstituti, in tua semper gratiarum actione perseuerent.

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt oĩm potestates, & oĩm iura regnorum, respice ad Romanum benignus Imperium, vt gentes, quæ in sua feritate confidunt, potentiæ tuæ dextera comprimantur.

DEVS regnorũ oĩm Regumq́; Dominator, qui nos & percutiendo sanas, & ignoscendo cõseruas, prętende nobis misericordiam tuam, vt tranquillitate pacis, tua benignitate concessa, ad remedia correctionis vtamur.

DEvs, qui credentes in te populos nullis ſinis cõcuti terroribus, ſuſcipe clementer preces noſtras, & omnium rebellium ſeditioſorũ comprime audaciam, vt pax à tua poteſtate conceſſa, Chriſtianorũ fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. Per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fideliũ animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace, ℟. Amen.

LITANIÆ AD CHRISTVM EX SCRIPTVRA SACRA in Aduentu.

KYRIE ELEISON.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miserere nob.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Verbum Patris, per quod facta sunt omnia, Miserere nobis.

Verbum caro factum,
Messia in lege promisse,
Mysticis præfigurate miraculis,
Oraculis prænunciate Propheticis,
Ab Angelis annunciate,
A Regibus concupite,
Cunctis gentibus desiderate,
A Patre in mundum misse,
De Spiritu sancto concepte,
Sapientia de sede magnitudinis Dei emissa,
Desideriũ collium æternorũ,
Ros in vellere Gedeonis,
Ignis Rubum inflãmans, sed non comburens,

Miserere nobis.

Scala Iacob,
Flos de radice Ieſſe,
Flos virgæ Aaronis,
Flos apparens in terra noſtra,
Odor agri cui benedixit Dominus,
Thymiama odoris ſuauiſſimi ſuper altare aureum,
Nardus & Cynnamomum in horto concluſo,
Signaculum ſuper cor poſitum,
Lapis de monte ſine manibus abſciſſe,
Aqua ſalutaris de ciſterna Bethlehemitica,
Vinum nouum in vtre nouo,

Miſerere nobis.

Aqua viua fluens cum impetu de Libano,
Lignum vitæ in medio paradiſi plantatum,
Fons in Paradiſo ſcaturiens,
Aqua vitæ in fonte ſignato,
Lucerna ſuprà candelabrum mundiſſimum,
Stella Iacob,
Virga de Iſraël,
Sol amiciens mulierem,
Vir à muliere circumdate,
Veritas de terra orta,
Iuſtitia de cœlo proſpiciens,
Saluator per portam clauſam ingreſſe,
Princeps in porta orientali

Miſerere nobis.

ſedens, Miſerere nobis.
Semen mulieris caput ſerpentis conterens, Miſerere nobis.
Samen Abrahæ, in quo oẽs Gentes benedicentur, Miſerere.
Salus & expectatio noſtra, Miſer.
Emmanuel noſter, Miſerere no.
Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato,
A corde duro & peruerſo,
Ab omni mala conſuetudine,
Ab omni inordinata paſſione,
Ab omni aſperitate morum,
Ab omni malitia & nequitia,
A mala & æterna morte,
} Libera nos Dñe.

Aqua viua fluens cum impetu de Libano,
Lignum vitæ in medio paradiſi plantatum,
Fons in Paradiſo ſcaturiens,
Aqua vitæ in fonte ſignato,
Lucerna ſuprà candelabrum mundiſſimum,
Stella Iacob,
Virga de Iſraël,
Sol amiciens mulierem,
Vir à muliere circumdate,
Veritas de terra orta,
Iuſtitia de cœlo proſpiciens,
Saluator per portam clauſam ingreſſe,
Princeps in porta orientali

Miſerere nobis.

ſedens, Miſerere nobis.
Semen mulieris caput ſerpentis conterens, Miſerere nobis.
Samen Abrahæ, in quo oẽs Gentes benedicentur, Miſerere.
Salus & expectatio noſtra, Miſer.
Emmanuel noſter, Miſerere no.
Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato,
A corde duro & peruerſo,
Ab omni mala conſuetudine,
Ab omni inordinata paſſione,
Ab omni aſperitate morum,
Ab omni malitia & nequitia,
A mala & æterna morte,

Libera nos Dñe.

Per æternam prædeſtinationem tuam,
Per aduentum tuum,
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ,
Per immaculatam cõceptionem tuam,
Per fidem & obedientiã glorioſæ Virginis,
Per virginalem fœcunditatem matris tuæ,
Per gratiæ plenitudinem matri tuæ communicatam,
In die Iudicij,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt à peccatis noſtris ſaluos nos facere digneris, Te rogamus.

Vt omnes actiones nostras ad te dirigere digneris,
Vt paratam tibi in nobis mansionem facere digneris,
Vt oẽm superbiæ montem in nobis humiliare digneris,
Vt omnem pusillanimitatis vallem tua gratia in nobis implere digneris,
Vt nos in te semper exultare & gloriari concedas,
Vt humilitatẽ nostram aspicere, & brachium tuæ potentiæ super nos extendere digneris,
Vt nos egenos tuis bonis implere digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt nos regni tui cohæredes efficias, Te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris, Te rog.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, q tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, q tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, q tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c.
Et ne nos inducas, &c.

℣. Veni ad liberandum nos Domine Deus virtutum.
℟. Ostende faciẽ tuam, & salui erimus.
℣. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui.
℟. Visita nos in salutari tuo,
℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

EXcita quęsumus Domine potentiam tuã, & veni, vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante saluari.

COnscientias nostras quæsumus Domine, visitando puri-


rifica, vt veniens Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius tuus, paratam ſibi in nobis inueniat manſionẽ.

DEvs, qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere, da nobis ſalutẽ mentis & corporis, vt ea, quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante vincamus.

OMnipotens & mitiſſime Deus, reſpice propitius preces noſtras, & libera corda noſtra de malarũ tentationibus cogitationum, vt ſancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur.

PRæſta queſumus omnipotens Deus, vt redemptionis noſtræ ſacra myſteria, & præſentis nobis vitæ ſubſidia conferant, & æternę beatitudinis præmia largiantur, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.



LITANIÆ IN QVADRAGESIMA.

KYRIE ELEISON.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miserere nob.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Deus qui non vis mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, Miserere nobis.

Qui

Qui Moyſi quadraginta diebus ieiunanti, legẽ in monte dediſti,

Qui precibus Moyſis ieiunãtis, populi peccata dimiſiſti

Qui Danielem ieiunantem in lacu leonum cuſtodiſti,

Qui Niniuitis ieiunãtibus, & ad te clamantibꝰ peperciſti

Qui Niniuitas, in ſacco, cinere & cilicio pœnitentes, à ſubuerſione vrbis liberaſti,

Qui Dauidis confitentis, & in cilicio pœnitentis peccatũ transtuliſti,

Qui Iudith in cilicio & cinere coram te proſtratam exau-

Te rogamus audi nos.

diſti & confortaſti, Miſere.
Qui Ionam ex ventre cetis ad te clamantem ſaluaſti,
Qui Ezechiam cum populo, in ſacco, cinere, & ieiunio te inuocantem, ab exercitu Aſſyriorum liberaſti,
Qui Eſther ieiunantem in oculis Regis gratiam inuenire feciſti,
Qui Mardochæum, in ſacco & cinere, te inuocantem, à patibulo liberaſti,
Qui Machabæis ieiunantibus in ſacco & cinere ad te clamantibus auxilio fuiſti,
Qui Annæ in ieiuniis & obſe-

Miſerere nobis.

cra-

crationibus perseueranti, teipsum in templo manifestasti,

Qui Prophetis ieiunantibus, & se affligentibus mysteria multa patefecisti,

Qui Sacerdotes in ciliciis pro populo deprecantes, & sacrificia offerentes exaudisti

Qui quadraginta diebus & quadraginta noctibus in deserto ieiunasti,

Qui per Apostolos tuos quadragesimale ieiunium instituisti,

Qui Paulum triduo ieiunantẽ & orantem illuminasti,

Miserere nobis.

Qui

Qui diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiā,
Qui elegiſti nos & excoxiſti in camino humiliationis,
Qui quaſi aurum in fornace probas electos tuos,
Qui das locum & tempus pænitentiæ in peccatis,
Qui flagellas omnem filium, quem recipis & diligis,
Qui nō vis aliquos perire, ſed oēs ad pænitentiam reuerti
Qui Matthęum in telonio ſedentē, tua gratia pręueniſti
Qui publicanum pectus percutientē, iuſtificatum abire feciſti,

Miſerere nobis.

Qui filium prodigum ad te re-
uertentẽ paternè ſuſcepiſti,
Qui mulieri Samaritanę fontẽ
aquæ viuæ manare feciſti,
Qui Chananęam in oratione
perſeuerantem clementer
exaudiſti,
Qui mulierem in adulterio
deprehenſam abſoluiſti,
Qui publicanos & peccatores
recepiſti, & cum eis man-
ducaſti,
Qui Mariæ Magdalenæ, mul-
tum diligẽti, peccata mul-
ta dimiſiſti,
Qui Petrum ter te negantem
benignè reſpexiſti,

Miſerere nobis.

Qui

Qui latronem pœnitentem in paradiſum ſuſcepiſti,
Qui aufers iniquitatē, & ſcelera atque peccata noſtra,
Qui pro auerſione furoris tui nos plangere, ciliciis accingere, & cinere conſpergere iuſſiſti,
Qui omnium, in ieiunio, fletu & planctu ſe ad te conuertentium miſereris,
Qui poſt pœnitentiam omnium peccatorum noſtrorū non recordaris amplius,
Deus miſericors & præſtabilis ſuper malitia,

Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Dn̄e.

Pro-

Propitius esto, Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.

Ab omni peccato,
Ab omni periculo mentis & corporis,
Ab omni malitia & indignatione,
Ab omni crapula & commessatione,
Ab omni impudicitia & turpitudine,
Ab ira, rixa & omni contentione,
Ab omni negligentia & socordia,
Ab omni impœnitentia & duritia cordis,

Libera nos Domine.

A su-

A ſubitanea & improuiſa mala morte,
A damnatione perpetua,
Per baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum,
Per trinam tentationem tuam
Per ſitim & eſuriem tuam,
Per labores & dolores tuos,
Per trinam contra te prolatam mortis ſententiam,
Per tremendum & cruentum in cruce ſacrificium tuum,
In die iræ & calamitatis,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt nobis indulgeas, Te rogam.
Vt ad veram pœnitentiã nos perducere digneris, Te rogamus.

Vt dignos pænitentiæ fructus facere possimus,
Vt peccata nostra dignè flere, & gratiam tuam consequi mereamur.
Vt Ecclesiam tuam hoc sacro ieiunio purificare, & ab oĩ nequitia liberare digneris,
Vt ieiunia nostra sanctificare, atq; grata acceptaq́; habere digneris,
Vt omnib9 ieiunantibus mentem nitidiorem, cor purgatius, & corpus salubrius reddere digneris,
Vt corpora nostra hostiã viuentem sanctam, tibique

Te rogamus audi nos.

placentem ſemper exhibeamus, Te rogamus audi nos.

Vt indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum nobis tribuere digneris, Te rogamus audi nos.

Vt per tribulationes huius temporis ad futuram gloriam nos introire concedas, Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus andi nos.

Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, q tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, &c. Et ne nos, &c.

℣. Inter vestibulũ & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini,

℟. Parce Domine, parce populo tuo.

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis,

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum,

℟. Neque vindictam sumas de peccatis nostris.

℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter,
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Propitius eſto Dñe peccatis noſtris
℟. Propter nomen ſanctum tuum.
℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, parce pœnitentibus, propitiare ſupplicantibus, & largire nobis beneficia miſericordię tuę, vt hæc ieiunia ſint omnibus nomen tuum inuocantibus, & ante conſpectum clementiæ tuæ facinora tua deplorantibus, remediũ mentis & corporis, vt quicunq; te pro remiſſione peccatorũ ſuorum

inuocauerint, corporis & animæ ſanitatem percipiant, & præmia tibi fideliter ſeruientibus promiſſa, in æterna beatitudine conſequantur.

DEvs qui hominem mirabiliter creaſti, & mirabilius redemiſti, da nobis contra oblectamenta peccati, mentis ratione perſiſtere, & maieſtati tuæ ſincero corde ſeruire.

PReces populi tui, quæſumus Domine, clementer exaudi, vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur.

FAmiliam tuã, quæſumus Domine, continua pietate cuſtodi, vt à cunctis aduerſitatibus te protegente ſit libera, & in bonis actibus tuo nomini ſit deuota.

DEvs qui non mortẽ, ſed pœnitentiam deſideras peccatorum, fragilitatem conditionis humanæ benigniſſimè reſpice, & conatus noſtros benigna pietate proſequere, vt per magnam miſericordiam tuam peccatorum noſtrorum veniam; in tuo ſeruitio conſtantiam; & tandem præmia perſeuerantibus promiſſa, feliciter cõſequamur. Per Dominum noſtrum, &c.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationē meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicam⁹ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fideliū animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace, ℟. Amē.

LITANIÆ DE SANCTA CRVCE, EX SANctis Patribus.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miſerere nob.
Fili redēptor mundi Deus, Miſer.
Spiritus ſancte De⁹, Miſerere no.
Sancta Trinitas vnus De⁹, Miſer.

Crux ſpecula Patriarcharũ & Prophetarum, Defende nos.
Præconium Apoſtolorum, defende nos.
Corona Martyrum, defende nos.
Gaudiũ Sacerdotũ, defende nos.
Gloriatio Virginũ, defende nos.
Crux potẽtia Regũ, Protege nos.
Ornamentũ Eccleſiæ, ꝓtege nos,
Spes Chriſtianorum, ꝓtege nos.
Arrha Chriſtum adorantium, protege nos.
Gloria omnium Orthodoxorũ, protege nos.
Crux corona noſtra, Salua nos.
Pacis firmamentum, ſalua nos.
Reſeratrix Paradiſi, ſalua nos.

Virga mirabilium Dei, ſalua nos.
Propugnaculum fidei, ſalua nos.
Crux vita Iuſtorum, Adiuua nos.
Reſurrectio mortuorum, adiuua nos.
Clauis regni cœlorũ, adiuua nos.
Procuratrix pauperũ, adiuua nos.
Portus periclitantiũ, adiuua nos.
Crux ſignaculum caſtitatis, Illumina nos.
Sanctimoniæ documentum, illumina nos.
Adminiſtratix caſtitatis, illumina nos.
Palma im̃ortalitatis, illumina nos
Theſaurus omnium bonorum, illumina nos.

Crux conſolatrix afflictorum, Cuſtodi nos.

Seruatrix deſperatorum, cuſtodi nos.

Profligatrix hęreſum, cuſtodi nos

Fuga tentationum, cuſtodi nos.

Expugnatrix hoſtiũ, cuſtodi nos.

Crux ſalus fidelium, Tuere nos.

Ex membris Chriſti decorem accipiens, Tuere nos.

Sanguine Chriſti nobilitata, Tuere nos.

Tactu corporis Chriſti ſanctificata, Tuere nos.

Signum Filij Dei viuificum, Tuere nos.

Crux datrix ſanitatis, Cõforta nos

Con-

Contractus libertatis, Conforta nos.

Cœli altitudo, conforta nos.

Terræ profunditas, conforta nos,

Latitudo orbis terrarum, conforta nos.

Crux triumphatrix dæmonum, Eripe nos.

Extinctio peccati, eripe nos.

Victoria mundi, eripe nos.

Victrix mortis, eripe nos.

Deſtructio inferni, eripe nos.

Ab omni malo, Libera nos ſancta Crux.

Ab omni peccato, Libera nos ſancta Crux.

A poteſtate diaboli, Libera ſanc.

Ab omni incantatione & maleficio Dæmonis,
Ab inſidiis inimicorum oĩm,
A peſte, fame & bello,
Ab omni morbo,
A fulgure & tempeſtate,
A timore mortis,
A ſubitanea & improuiſa morte,
A mala & æterna morte,
In hora mortis,

Libera nos S. Crux.

Agnus Dei, ꝗ tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, ꝗ tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, ꝗ tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Christe eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Per lignum ſerui facti ſumus,

℟. Per lignum redempti ſumus.

℣. Fructus arboris ſeduxit nos,

℟. Filius Dei redemit nos.

℣. Per ſignũ crucis de inimicis noſtris,

℟. Libera nos Deus noſter.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

RESpice, quæſumus Domine, ſuper hanc familiã tuam, pro qua Dominus noſter Ieſus Chri-

ſtus non dubitauit manibus tradi nocentium & crucis ſubire tormentum.

PErpetua nos quæſumus Domine pace cuſtodi, quos per lignum ſanctæ Crucis redimere dignatus es.

ADeſto nobis Domine Deus noſter, & quos S. Crucis lætari facis honore, eius quoq; perpetuis defende ſubſidiis.

TVeatur quæſumus Domine Deus, ſalutare ſignum Crucis populum deprecantem, & purificatum dignanter erudiat, vt & cõſolatione præſenti in omni ſua tribulatione gaudeat, & te ſequẽ-

do,

do, ad futura bona inceſſanter proficiat.

DEvs, qui nos continua ſanĉtæ Crucis commemoratione lætificas, præſta quæſumus, vt cuius myſterium in terra cognouimus, eius redemptionis prę̨mia in cœlo mereamur. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spirit⁹ ſanĉti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fideliũ animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace, ℟. Amen.

LITANIÆ PRO INFIRMIS.

KYrie eleison.
Christe eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Christe audi nos.
Chiriſte exaudi nos.
Pater de cœlis De⁹, Miſerere nob.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Qui ſanas contritos corde, Miſerere nobis.
Qui vulneras & mederis, Miſere.

Qui mortificas & viuificas,
Qui deducis ad inferos & reducis,
Qui orantes in ſua infirmitate curare conſueuiſti,
Qui propter miſericordiam tuā ſaluos facis omnes ſperantes in te,
Qui Iob vlcere peſſimo percuſſum ſanaſti,
Qui Ezechiam ad te clamantem à morbo liberaſti,
Qui dęmoniū à Sara depuliſti
Qui Tobiam lumen cœli videre feciſti,
Qui chananęam pro filia poſt te clamantem exaudiſti,

Miſerere nobis.

Qui ſocrum Petri à febri liberaſti.

Qui mulierem cõtractam ad perfectam ſanitatẽ erexiſti,

Qui filiũ principis iam mori incipientem à febri ſaluaſti

Qui puerum Centurionis verbo ſanaſti,

Qui paraliticos & leproſos ſanaſti & mundaſti,

Qui à ſpiritibus immũdis vexatos & obſeſſos liberaſti,

Qui mulierem per tactũ fimbriæ tuæ à ſanguinis fluxu ſanaſti,

Qui ſurdos audire feciſti,

Qui claudis greſsũ reſtituiſti,

Miſerere nobis.

Qui

Qui mutorum ora aperuiſti,
Qui cœcos illuminaſti,
Qui omnes infirmos & ęgrotos tangendo ſanaſti,
Qui omnes oneratos & laborantes reficis,
Qui omnes languores noſtros portaſti,
Qui filium mortuum matri viduæ viuum reſtituiſti,
Qui filiam Archiſynagogæ ad vitam reuocaſti,
Qui Lazarum quadriduanũ à mortuis reſuſcitaſti,
Qui ægrotos viſitaſti, & viſitantibus præmia æterna promiſiſti,

Miſerere nobis.

Qui per vmbram Petri multos ab infirmitatibus ſuis liberaſti,
Qui per ſudaria & ſemicinctia Pauli multos infirmos curaſti,
Qui per oſſa Eliſæi mortuum ad vitam reuocaſti,
Deus adiutor & protector noſter,
Suſceptor & liberator noſter,
Refugium noſtrum & cornu ſalutis noſtræ,
Fortitudo & patientia noſtra,
Saluator & redemptor noſter,

Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.

Pro-

Propitius esto, Libera nos Dñe,
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato, Libera nos.
Ab omni morbo & languore,
A peste & omni contagione,
Ab omni impatientia & pusillanimitate,
Ab insidiis diaboli,
A periculis mortis,
A doloribus inferni,
A subitanea & improuisa morte,
A damnatione perpetua,
Per tentationem tuam,
Per lachrymas & ærumnas tuas,
Per labores & defatigationes tuas,

Libera nos Domine.

Per triſtitiam & tædium tuum
Per pauorem & mærorẽ tuum
Per ſitim & famem tuam,
Per agoniam & ſanguineum ſudorem tuum,
Per ſacroſancta vulnera tua,
Per pretioſum ſanguinẽ tuum
Per crucem & paſſionẽ tuam,
Per mortem & ſepulturã tuam
Per glorioſam reſurrectionem tuam,
Per admirabilem aſcenſionẽ tuam,
In die Iudicij,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogamꝰ audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogemus.
Vt nobis indulgeas, Te rogam.

Vt ſpatium veræ pœnitentiæ nobis concedere digneris,
Vt compunctionem cordis, & fontem lachrymarum nobis donare digneris,
Vt nos viſitare & conſolari digneris,
Vt aërem ſalubrem, & ſanitatem mentis & corporis nobis largiri digneris,
Vt indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum nobis concedere digneris,
Vt gratiam & conſolationem ſancti Spiritus cordib⁹ noſtris infundere digneris, Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Vt nobis in omni tribulatione nostra succurrere, & patientiam donare digneris,

Vt nos in hora mortis contra omnes diaboli insidias munire digneris,

Vt nos in tua gratia mori, & ad finem vsque perseuerare concedas,

Vt extrema nostra benedicere & sanctificare digneris,

Vt spiritum nostrum in man9 tuas suscipere digneris,

Vt post obitum nostrum paradisi ianuas nos gaudenter introire concedas,

Vt nos exaudire digneris,

Te rogamus audi nos.

Fili

Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, q tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, q tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, q tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas, &c.

℣. Saluos fac ſeruos tuos,

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Conuertere Domine vſquequo,

℟. Et deprecabilis eſto ſup ſeruos tuos

℣. Eſto nobis Dñe turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis,
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Adiutor noſter eſto, ne derelinquas nos.
℟. Neque deſpicias nos Deus ſalutaris noſter.
℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter,
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DEvs infirmitatis humanę ſingulare præſidium auxilij tui virtutem ſuper infirmos famulos tuos clementer oſtende, vt ope

misericordiæ tuæ adiuti, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes repræsentari mereantur.

DEus, qui Vnigeniti tui patientia antiqui hostis contriuisti superbiam, da nobis, quæsumus, quæ idē ꝓ nobis pertulit, dignè recolere, sicq́; exemplo eius, cuncta nobis aduersantia ęquanimiter tolerare.

DEvs humani generis benignissime cōditor & misericordissime reformator, qui hominē inuidia diaboli ab ęterna felicitate deiectū, vnigeniti Filij tui pretioso sanguine redemisti, viuifica nos famulos tuos gratiæ tuæ vigore,

gore, & iacentibus manum porrige ſalutarẽ; reple nos omni gaudio cordis & lætitia ſpirituali; expelle à nobis omnes hoſtiles inſidias, & mitte nobis medicum ſalutis Angelum pacis, qui nos in anguſtiis poſitos cõſolationibus tuis attollat, quibus in præſenti conſequamur auxilium, & in futuro præmia comprehendamus æterna,

MIſericordiam tuam humiliter deprecamur omnipotẽs Deus, quæ amiſſam nobis gratiã reconciliet, atque munus patientiæ in illatis omnibus ſemper & vbiq; protegendo impertiat.

DEVS

DEVS ſub cuius nutibus vitæ noſtrę momenta decurrunt, ſuſcipe preces humiliter ad te clamantium, vt de omni aduerſitate & ægritudine liberati, perpetua te gratiarum actione laudemus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spirit⁹ ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicam⁹ Dño, ℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace,
℟. Amen.

LITANIÆ PRO FIDELIBVS DEFVNCTIS.

KYRIE ELEISON.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chiriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere animabus fidelium defunctorum.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere eis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere eis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere eis.
Sancta Maria, Ora pro eis.
Sancta Dei genitrix, Ora pro eis.

Sancta Virgo virginũ, Ora ꝓ eis.
Sancte Michaël, Ora pro eis.
Sancte Gabriël, Ora pro eis.
Sancte Raphaël, Ora pro eis.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, Orate pro eis.
Omnes ſancti beatorum ſpirituũ ordines, Orate pro eis.
Sancte Ioannes Baptiſta, Ora pro eis.
Sancte Abel, Ora pro eis.
Omnis chorus Iuſtorum, Orate pro eis.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate pro eis.
Sancte Petre, Ora pro eis.
Sancte Paule, Ora pro eis.

Sancte Andrea,
Sancte Iacobe,
Sancte Ioannes,
Sancte Thoma,
Sancte Iacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomęe,
Sancte Matthęe,
Sancte Simon,
Sancte Thadęe,
Sancte Matthia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce, } Ora pro eis.

Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, Orate pro eis.

Omnes SS. Diſcipuli Dñi, Orate.

Omnes

Omnes ſancti Innocentes, Orate pro eis.
Sancte Stephane, Ora pro eis.
Sancte Laurenti, Ora pro eis.
Sancte Vincenti, Ora pro eis.
Sancti Fabiane & Sebaſtiane, Orate pro eis.
Sancti Ioannes & Paule, Orate pro eis.
Sancti Coſma & Damiane, Orate pro eis.
Sancti Geruaſi & Prothaſi, Orate pro eis.
Omnes ſancti Martyres, Orate pro eis.
Sancte Sylueſter, Ora pro eis.
Sancte Gregori, Ora pro eis.

Sancte Ambrosi, Ora pro eis.
Sancte Augustine, Ora pro eis.
Sancte Hieronyme, Ora pro eis.
Sancte Martine, Ora pro eis.
Sancte Nicolae, Ora pro eis.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro eis.
Omnes SS. Doctores, Orate pro eis
Sancte Benedicte, Ora pro eis
Sancte Antoni, Ora pro eis.
Sancte Bernarde, Ora pro eis.
Sancte Dominice, Ora pro eis.
Sancte Francisce, Ora pro eis.
Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ, Orate pro eis.
Omnes sancti Monachi & Eremitæ, Orate pro eis.

Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anaſtaſia,

Ora pro eis.

Omnes ſanctæ Virgines & Viduę Orate pro eis.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro eis.

Propitius eſto, Parce eis Dñe.

Ab omni malo, Libera eas Domine.

A pænis purgatorij, Libera eas Domine.

Ab ira tua, Libera eas Domine.

Per myſterium ſanctæ incarnationis tuę, Libera eas Domine.

Per aduentum tuum, Libera eas Domine.

Per natiuitatem tuam, Libera eas Domine.

Per Baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum, Libera eas Dñe.

Per crucem & paſſionem tuam, Libera eas Domine.

Per mortem & ſepulturam tuam, Libera eas Domine.

Per ſanctam reſurrectionẽ tuam, Libera eas Domine.

Per admirabilem aſcenſionem tuam, Libera eas Domine.

Per aduentum Spiritus ſancti

Para-

Paracliti, Libera eas Domine.
Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.
Vt illis parcas, Te rogamus audi nos.
Vt illis indulgeas, Te rogam audi nos.
Vt animas parentum, fratrum, propinquorum & benefactorum nostrorum à pœnis purgatorij eripias, Te rogamus audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concedas, Te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Parce eis Domine.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Libera eas Domine.

Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, Dona eis requiẽ ſempiternã

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

DE profundis clamaui ad te Dñe: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuę intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

℣. Saluos fac seruos tuos,

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Domine non secundùm peccata eorum facias eis,

℟. Neque secundùm iniquitates eorum retribuas eis.

℣. Oremus pro parentibus, fratribus, & benefactoribus nostris in Christo defunctis.

℟. Retribuere dignare Domine omnibus, qui nobis bona fecerũt, propter nomẽ ſanctum tuum requiem æternam, Amen.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis,

℟. Requiem ęternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℣. A porta inferi,

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requieſcant in pace, ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DEvs, qui nos patrem & matrem honorare præcepiſti, miſerere clementer animabus patris ac matris meæ, eorumq́; peccata dimitte: meq́; eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

DEvs, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulos tuos, pontificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio.

ABſolue, quæſumus Domine, animam famuli tui N. vt defunctus ſeculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem carnis humana conuerſatione commiſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge.

DEvs veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator; quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ congregationes fratres, pro-

pinquos, & benefactores, qui ex hoc ſeculo tranſierunt, B. Maria ſemper Virgine intercedēte, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis conſortium peruenire concedas.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorũ famularumq́; tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerũt, piis ſupplicationibus conſequãtur. Qui viuis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen.

℣. Requiem ęternam dona eis Dñe,
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace, ℟. Amen.

ANTIPHONÆ DE B. MARIA VIRGINE.

A Dominica prima Aduentus, vsq; ad Purificationem inclusiuè, Antiphona.

ALma Redemptoris Mater, quæ peruia cœli
Porta manes, & stella maris, succurre cadenti,
Surgere qui curat, populo: tu quę genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum genitorem,
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore
Sumens illud Aue, peccatorum miserere.

In Aduentu, ℣. Angelus Domini nũciauit Mariæ.

℟. Et concepit de Spiritu ſancto.

ORATIO.

GRatiam tuã, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde: vt qui Angelo nunciante Chriſti Filij tui incarnationẽ cognouimus, per paſſionem eius & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum Dominũ noſtrum, Amen.

Poſt Natiuitatẽ, ℣. Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti.

℟. Dei genitrix intercede ꝓ nobis.

ORATIO.

DEvs, qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecũda,

huma-

humano generi præmia præstiti-
sti: tribue, quæsumus, vt ipsam
pro nobis intercedere sentiamus,
per quam meruimus auctorẽ vitę
suscipere Dominum nostrum Ie-
sum Christum Filium tuum,&c.

A Purificatione vsque ad Feriam quintam in Cœna Domini exclusiuè, Antiphona.

AVe Regina cœlorum,
Aue Domina Angelorum:
Salue radix salue porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude Virgo gloriosa,
Super omnes speciosa.
Vale ô valde decora,

Et pro nobis Christum exora.

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtutẽ contra hostes tuos

ORATIO.

COncede misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Tempore Paschali vsq; ad Octauam Pentecostes exclusiuè, Antiphona.

REgina cœli lætare, Alleluia.

Quia quem meruiſti portare,
Alleluia.
Reſurrexit ſicut dixit, Alleluia.
Ora pro nobis Deum, Alleluia.
℣. Gaude & lætare Virgo Maria, Alle.
℟. Quia ſurrexit Dñs verè, Alleluia.

ORATIO.

DEVS, qui per reſurrectionem Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti familiam tuam lætificare dignatus es: præſta quæſumus, vt per eius genitricem Virginē Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ab octaua Pentecostes vsq; ad Aduentum exclusiuè, Antiphona.

SAlue Regina, mater misericordiæ. Vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euę. Ad te suspiramus gemẽtes & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et IESVM benedictũ fructũ ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria.


℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix,
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui groriosę virginis matris Mariæ corpus & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante præparaſti: da, vt cuius commemoratione lætamur: eius pia interceſſione ab inſtantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

℣. Diuinum auxilium maneat ſemper nobiſcum.

℟. Amen.



de manu oĩm, qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer, Propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandã ſcientiã ſalutis plebi ei⁹: in remiſſionẽ peccatorũ eorũ.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in quib⁹ viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Poſtea repetatur Antiphona.

IN viam pacis & proſperitatis dirigat me [vel nos] omnipotens & miſericors Dominus: & Angelus Raphaël comitetur mecũ [vel

no-

nobiſcum] in via, vt cum pace, ſalute, & gaudio reuertar [vel reuertamur] ad propria.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum,

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEvs, qui filios Iſrael per maris medium ſicco veſtigio ire feciſti, quiq́; tribus Magis iter ad te ſtella duce pandiſti: tribue nobis quæſumus iter proſperũ, tempusq́; tranquillum; vt Angelo tuo ſancto comite, ad eum, quo pergimus, locum, ac demum ad ęternæ ſalutis portum peruenire feliciter valeamus.

DEVS, qui Abraham puerum tuum de Vr Chaldęorũ eductum per omnes suæ peregrinationis vias illęſum cuſtodiſti: quęſumus, vt nos famulos tuos cuſtodire digneris: eſto nobis Domine in procinctu ſuffragium, in via ſolatium, in actu vmbraculũ, & in pluuia & frigore tegumentum, in laſſitudine vehiculum, in aduerſitate præſidium, in lubrico bacculus, in naufragio portus; vt te duce, quo tendimus, proſperè perueniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

ADeſto, quæſumus Domine, ſupplicationibus noſtris, &

viam famulorum tuorum in salutis tuę prosperitate dispone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates tuo semper protegamur auxilio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt familia tua per viam salutis incedat, & beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secura perueniat Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spirit⁹ sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

℣. Procedamus in pace.

℟. In nomine Domini.

SACRARVM ORATIONVM ET LITANIARUM huius Libelli.

Ad

INDEX.

Lita-

INDEX.

Lita-

INDEX.

Lita-

FINIS.





